



**Illusterrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia  
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,  
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

**Maffei, Scipione**

**Francofurti ad Mœnum & Moguntiæ, 1756**

V. Jansenismus novus, idem, qui antiquus, aut pejor etiam ex consectariis  
demonstratus ab eodem III. & Cl. Viro M. Scipione Maffei ad confirmandas  
denuo Responsiones datas Anonymo, Historiæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](#)

# JANSENISMUS NOVUS

IDEM, QUI ANTIQUUS, AUT PEJOR ETIAM

E X

Consectariis demonstratus ab eodem Cl. Viro  
M. SCIPIO MAFFEI,

*Ad confirmandas denus responsones datas*

ANONYMO

HISTORIÆ THEOLOGICÆ  
impugnatori.

Accedit

BREVIS DISQUISITIO DE ARISTOTELIS DOCTRINA  
quantum quidem ad præsens argumentum  
referri potest.

*Ex Italico Latine reddidit*

FRIDERICUS REIFFENBERGIUS  
e SOCIET. JESU.

*Author Lectori.*

In dimicationibus, quæ calamo fuit, in Concertationibus inquam literariis duo sapissimè intervenire solent, quorum alterum cum laude atque utilitate, cum reprehensione alterum ac damno aliorum coniunctum est. Primum in eo fere verritur, quod non raro in hujusmodi occasionibus & materiæ accurate perractentur, & dissolutis adversariorum momentis veritas erutatur securius. Accidit alterum, quando adversariis à Caritate Christianâ & humanitate deflebit, amaro immiscens convitia, & verba usurpans indecentia. Quod cùm evenit, quid agendum lectori honesto, & prudenti? Ponderanda enim verò ei serio est argumentorum, autoritatiumque vis, ac robur, neglectis præteritisque cum stomacho dipteris, injuriisque. Ab his porro temperare sibi pro virili conatus est opusculi hujus Author; & quanquam largiri hæc in re aliquid soleamus provocato, videaturque nasci non raro in defendantis necessitas quedam pungendi cum, à quo invaditur: Non alias tamen ipse opiniones, quam quæ à dogmate Catholico diffentire sibi vult sunt, impugnare habet in animo: Ita quidem, ut si quando verbum quoddam injuriosius imprudenti exciderit, id abolitum prorsus, recantatum, atque indicatum haberi velle hoc loco declarat.

## INDEX CAPITUM.

### LIBER I.

- Cap. I. Notitia eorum, quæ hæc de controversia edita sunt.  
II. Falsitates factæ evidentes in novissimo adversarii libri divulgate.  
III. Quād à proposito & ratione alienum sit contumelioso agere de ejusmodi materia.  
IV. Praenuntiatur ante controversia disquisitionem animadversiones aliqua non levis momenti.  
V. Mutatio principiū facta à Jansenianis.  
VI. Conferuntur iuxta se Historici, & Anonymi de gratia variocima.  
VII. Animadversiones ad dissolvendas vocum ambiguitates.  
VIII. Incipit ostendti, quo pacto secundus hic Jansenius sibi idem in consecutiis, qui primus, si non eodem pejor.  
IX. Systema novum palam afferit Gratiam insuperabilem, & necessariam.

- X. Non salvari libertatem arbitrii, dicendo, posse Cœritari jam infusa postmodum resisti.  
XI. Adhibita gratis in defensionem sophismata.

### LIBER II.

- Cap. I. Anonymus aperte negat, acriterque impugnat libertas indifferentia.  
II. Anonymus palam impugnat, ridetque dogma de concessâ nobis à Deo gratiâ sufficiente.  
III. Anonymus falso docet, actus infundi voluntati.  
IV. Anonymus Pelagianos facit Catholicos, & contra.  
V. Alia gravissima Catholicî dogmati capita diserte impugnata.  
VI. Antilogia Anonymi, & Systematis.  
VII. Errores ab adversario sub finem recotti.  
VIII. Apologia pro Muratorio contra novas, ac recentes accusationes.  
IX. Brevis disquisitio de Aristotelis doctrinâ, quantum quidem ad præsens argumentum referri posset.

D d d

## LIBER PRIMUS.

## CAPUT I.

*Notitia eorum, quæ hæc in controversiâ prodierunt.*

**N**ovæ illæ, insolentésque opinione, quæ certis in libris clanculum modò per Italiam sparguntur, comprobare videntur propositum jam dudum problema, plúsne boni, an mali invexerit ars typographica. Imprimuntur, dispensanturque libri, & folia, quæ animis ingenuis & admirationem movent, & ingerunt horrorem. Nihil tamen juris, ac causæ habuerunt Transalpini, objiciendi hoc crimen nationi, nominique Italo aliquam ex eo labem aspergendi. Jure utique fieri hoc posset, nisi Italia universa id genus typos improbarer, atque si factiosos nonnullos excepteris, vehementer abominaretur. Quando verò aliud à reprehensione, ac detestatione præmium nusquam locorum ferunt, ac furtim falso die adscripto, nec debitâ approbatione ac licentiâ muniti emittuntur, notam non inurunt, nisi Authori; salvusque abunde manet honor publicus; perstâque & nationis, & tribunalium autho-ritas non obstantibus hujusmodi nuntiis in tuto collocata.

**II. SCIPIO** Maffeus ex eorum censu est, quibus nihil præterquam dicere in votis est. Totam proinde beatitatem suam humanam ponit in quatuor, quinque, atque senis interdum horis matutinis studendo insump-tis. Atque nè voluptate hæc, præ quâ quamvis etiam fortunam acerbam sibi atque inauspicatam putaret, remaneret privatus, notum est viris compluribus cùm testibus, tūm nunciis, quo paecto non semel recusa-rit officia, ac munia, quæ alio ipsum in statu ac gradu collocaſſent. Laboris sui præmium nullum unquam voluit aliud, nisi hunc ipsum laborem; neque fructum, niſi ut perpetuâ hæc oblatione vitam, ut ipſi quidem videtur, ager felicem.

**III. SUO** itaque genio unicè indulgenti événit, ut successu temporis in varias, & genere multūm diversas occupationes in-ciderit. Evénit itidem ipſi ſæpe, ut typo quid committeret; quanquam vix unquam, niſi aliorum rogatu; aut fato quodam finis-trō urgente; quo factum, ut Commenta-tionum suarum, lucubrationūmque primis annis, majorique cum voluptate ſuceptarum porior pars ùr multis conſtat, imper-fecta, atque intermisſa in forulis jaceat. Operibus tam prolixis, quâm breviculis à ſe editis, eti non magni illa momenti ſint, neque ad comparandam scientiæ, aut inge-nii laudem apposita, delectatur tamen vel

(1) in quel modo, con cui i professori della falsa Cavalleria avea convinti,

eò, quod eorum causâ nec Deo unquam, nec cuiquam mortalium reddere cogetur rationem. Neque in iis quæ religionem orthodoxam, quæ mores, quæ leges ſu-premas, aut jura ſpectant, habet, cuius ſe-pnenteat. Nihil edidit unquam ſciens pru-dens, ſine cenzurâ authenticâ, approbatio-ne, & licentiâ. Qui contra ipsum ſcrip-tore, his ut plurimum nec respondit, nec ab aliis responderi paſſus eſt. Respondit ta-men etiam quandoque; ſed ita, ut à causâ alienum nil afferret, eaque uteretur huma-nitate, quam ſua eum indeoles, & mores docent. Excidit quandoque ſcribenti prä-ter voluntatem quaſi jocus quidam, vox injuriosa, aut inurbana contra perſonam nominatam non item. Ex bello illo inopinato, quod tantâ ipſi modò contentione moveretur, & unde certissimè alium nec fructum, nec finem haber, nec habere poſſet, quâm bonum religionis, ſolatiū, imo & voluntatē capit, ſperans aliquam ſe hoc ex capite à Deo gratiam initurum.

**IV. ANNO 1732.** iter fecit in Galliam. Fervebant etiamnum Parifiis convulſiones, & contra Bullam à factiosis ſeminabantur Zizania, ſi unquam aliás. Iſtic celeberrimi duo Purpurati, itémque alii duo Romani non minùs insignes, quorum unus adhuc Dei O. M. beneficio ſuperfites eſt, hortati ipſum fuere literis, quod multi nōrunt, ut intermisſis aliis ſuis laboribus, ac confiliis, ad rem graviorem cogitationes suas, ac curas traduceret; daréque operam, ut Bul-læ impugnatores eo ferè modo convince-re, quo, ut Eminentissimus Riviera, qui ſolus etiamnum ex iis ſupererit, ajebat, con-vicifet homines falsis de equeſtri dignitate ideis imbutos.<sup>1</sup> Geſſit itaque morem ſuadenti-bus, altiūque huic ſe studio immergens, qui paucos duntaxat menses versari cogi-tabat Parifiis, tres annos integros cum di-midio hāc ſolâ de causâ ibidem moratus eſt. Inſudavit illic hīſtoria ſuæ Theologicæ eique demum ſinem impoſuit. Aliud illa non con-tinet, quâm collectionem fidelem eorum, quæ priorum ſ. ſæculorum Patres docu-re de gratiâ, & arbitrio. Differt porro opus hoc ab aliis omnibus in eo, quod, dum alii ſcriptores ex uno altero ſe SS. Patrum loco ſuam derivant ſententiam, in hoc volumi-ne ſingulorum loca omnia, aut referantur longâ ſerie, ut paſſim, aut ſaltem, nè toties eadem recoquantur, intento in libros digi-to commonſtrentur. Quo fit, ut ex conſenſu, & contextu erui luculenter opinio-nes, majorique cum ſecuritate colligi do-ctrinae poſſint. In Auguſtino præ cæteris plurimum ſtudii poſuit, ideoque ex eo li-beralius haſuit, quâm reliquis. Impugnat-i ex hiſ ſuere Janseniani, at non ſugillati, nec

injuriis affecti. De quaestib[us] inter scholas Catholicas agitatis mentio facta nulla est.

V. ABSOLUTUM jam opus Eminentissimus Cardinalis Minister, vir in paucis doctrinis, iisque in rebus veritatis firmus dilaudavit, & ipse met Censem dedit Cl. Thiergum, Doctorem Sorbonicum, qui & suo id calcu[m] probavit, multumque se eo delectari, pro humanitate sua testatus est. Cum autem multum interea effluxisset temporis, parque esset, ut aliquando domum Maffeius reviseret; cum insuper ipse Angliam prius lustrare aliasque plures obiter saltem peragrare vellat provincias, neque versio Gallica, quam celebris P. Turneminus, & P. Radonvillierius adornabant, medium attigisset, prefectus est, asportato secum autographo; cuius rāmen emitendi consilium alia, ex quo in Italiam revertit, negotia intercepere. Cum ecce duo illi Cardinales scribunt Romā, illudque postulant; atque ipsi porro tradunt delictis à se Censoribus duobus egregiis, Illustrissimo nimilrum Bajardo Episcopo, & Patri Zavarro[n]io S. Inquisitionis Qualificatori, & F. F. Minimorum Generali emerito. Remittitur deinde post tempus aliquod cum disposita, nec temere effusa urruisque approbatione. Requirente postmodum opus hoc Episcopi Tridentini typographo, eruditissime Borzio, Vicario Generali, qui novum Censem egit, ad curandum typum fecit, pro summa sua humanitate offerente, Author lubens tradidit autographum.

VI. FLUXERANT ex eo tempore septem amplius anni, cum advenit in Italiam liber quidam *Anonymous*, Francofurti excusus, & inscriptus: *Animadversiones*. Sparguntur in hoc ad impugnandam, vilpendendamque historiam Theologicam opiniones, & doctrinæ artificiose fucatae, quas genuini, & partium studio liberi scholæ cūscunque Catholicæ Theologi, & omnes in sacrâ doctrinâ proiectiores judicarunt, nec admitti ullo pacto posse, nec probari. Tot insuper sc̄tēbat dipteris, tot sententiis injuriosis inquinatus ac coopertus erat liber ille, ut, quod Christianis, bonisque moribus offendiculo esset, à multo jam tempore in Italâ certò eum disparuisse existimarent viri omnes honesti, ac liberalis. Apologiam brevem edidit Maffeius, currente quasi calamo intra dies quindecim absolutam, cuius rei amicos nonnullos, ac duos praesertim, qui etiamnam sani ac vegeti sunt, testes habuit magnam partem oculares. Quis autem forer clandestinus ille ac furiosus hostis, alsequi eā tempestate cogiando nondum poterat; temperavit tamen omnino sibi ab acri, ac contumelioso ejus

stylo; non obstante, quod apologiam scribenti, ac circa fas omne invado dari quædam possit venia. Demonstravit solummodo accusationum falsitatem, & opinionum errorem paucisque verbis suâ, quod ajunt, in luce rem omnem collocavit.

VII. ANONYMUS, & cum ipso is, qui ut ille profitetur propter sententiarum concordiam in eandem secum personam coaluit,<sup>1</sup>

II. p. 2.

paucorum mensium intercapidine vulgarit librum aliud hoc titulo: *Difesa delle Animadversioni*.<sup>2</sup> Adscriptis in fronte: *Lucce 1750. con licenza de superiori, e privilegio*. Sed falso omnia: Quandoquidem neque Lucae, neque cum venia Superiorum execrabilis hic partus prodit. Repetuntur eo in libro duplicanturque plenis modiis non minus verba indecora, ac plebeja, quam opiniones non Catholicæ, & errores. Cohoruerunt ad monstrum hoc viri illi pii, ac honesti, qui, alienæ relationi fidem adhibere nolentes, ad hec legenda adiecere animum. Maffeius sollicitatus paulo post, pluribus è locis, monitusque à viris authoritate conspicuis, majori curâ argumentum adeo grave sibi versandum sumpfit; consecutusque opusculum, quod appellavit: *Conferma: Verona 1751*. Duo Patres ex Ord. F.F. Minimorum Provinciales & Theologiae lectors emeriti præfixere præfationem sapientem, atque eruditam, in qua omni: adhibita moderatione, & modestia laudantes librum, & quemcunque parum Christianæ agentem reprehendentes defendunt Generalem suum Zavaronum, virum eruditionis famâ inclyrum, quo & ipsi usi fuerunt Magistro, & historiæ Theologicæ censore, atque approbatore.

VIII. PRODIERAT interea *historia literaria* Italie. In cuius tomo altero de opinionibus Maffeii in hoc argumento cum laude, de Anonymi vero sensis non sine virtuero disseritur. Quisquis demum aliquā religione ducitur, nec planè his in rebus hospes est, idem prorsus faciet. Verum Anonymus contra hujus authorem edidit epistolam typis furtivis, ut assolet, exaratam scribens *Cosmopolis*. Hoc in epistolio Trevoltenses appellantur *Gazettieri* h. e. rerum gestarum narratores, & relatio dicta historia; quā verborum proprietate, & quo decoro judicare cuivis fas esto. Cum autem falso vulgaretur, P. Daniele Concinna symbolam conculisse ad librum Anonymi, cui nomen: *Difesa*; teneri se existimavit Maffeius, at tantum diluendum errorem; idque reapse præstit in brevi suâ *Repliçâ*, quam inspicere ac considerare, res magni est momenti. Typographus, qui *Confirmationem* edidit, subjecit hanc repli-

(1) Chi con lui per l'uniformità de' sentimenti si trova immedesimato con esso. (2) Num. I. indicat *Animadversiones* num. II. la *Difesa*, & III. la *Infirmitato*.

*eam perinde, ac responcionem paulò ante nominatam, in quâ editione verba quædam non habentur, quæ extant in primâ; quoniam impressit eam ex MSto quodam, quod in quorundam forte manibus versabatur; prætermisum tamen nihil est, quod quidem fit alicujus ponderis.*

IX. EODEM anno evoluto impressus bonis avibus fuit Lucæ, post diligentes iteratasque censuras, optimus hic liber: *Epiſtola, in quâ Animadverſiones in hiftoriā Theologicā, earumque Defenſio ad crīſin Theologicā exiguntur.* Multa fiant labia doloſa, qua loquuntur adverſus Juſtū iniquitatem in ſuperbiā, & abuſione. Ps. XXX. 19. Viro perillustri Comiti Gregorio Casalio in Bononiensi Universitate Professori Adiaphorus Theologus. Inſignis hic vir ratione quâdam peculiari motu, nomen non prodidit: Ex dictatis tamen, & Authoribus, quoſ frequentius adducit, conſicuit, eſſe iſum Professorem Theologicæ, & Scholæ addiſtum Scotificæ. Is ſummâ cum modeſtiâ & animi temperie, non admixtis criminationibus aut ſarcasmis, noviſ rationibus, authoritatibꝫ utriusque hujus libri ſententias offendit eſſe omni ex parte Calvinianas. Refert ſepiùs inter caeteros celeberrimum Encuſianum Ruardum Tapperum; \* citatque iſum, ubi omini cum laude conſutavit Lutherum, & Calvinum, & in quibus quæſtionibus Catholicon neminem adverſarium, ſed magnos potius præcones habuit, ut videre eſt inter alios apud Ludovicum Tomassinum. Meminit ejus honorificē Cardinalis Noriſius in Vindiciis. Ait itaque hic Theologus pag. 5. *Num haec tenus recitata Anonymi Sententia vel nibil abludat à doctriñā Calvini, atque Quesnellii, eorum, quorum inter eſt, eſto iudicium.* Pag. 9. *Ecce Calvinum ne gry quidem ab Anonymo diſcrepantem, eodemque pacto, ac iſum conciliante und cum libertate neceſſitatem, bancque iſiſſimam neceſſitatem ponentem non natuſalem, & abſolutam, ſed bypothetica.* Pag. 15. *Nohi autem Anonymum imitari, illamque Calviniam, aut Janseniam, aut Quesnelliānam appellare; neque enim privati Scriptoris eſt huiusmodi definitiones exerevere.* Neque ego iſum, ſed ejus doctriñam tanquam, ut mihi profecto videtur, Calviniano, & Quesnellianno circa libertatem ſystemati, aut parum, aut omnino nibil alſimilem inſectatus ſum. Ideo ſuperſendendum exiſtimavi ab ejus plebejo loquendi modo, ſarcasmis, ſannis, ac maledicis, quæ Cbriſtiana modeſtia poyſus oblitus debaccabatur, ne & ego videar abſque sanctæ dilectionis inspiratione manū ad banc con-

ſribendam epifolam admoviffe. Vix quiaſ ſibi persuadeat, quâ ſolida plena judicii, ac prudentiae ſit haec opella; cujuſ apographum quoddam manu exaratum comparuit, notis iisque gravifimis locupletatum. Authori novorum literariorum Venetiis impositum primò fuit, à tabellario, eſſe nimium librum hunc partum Authoris hiftoriæ Theologicæ. Verum recantavit illico errorem ad calcem ephemeredum 12m Februarii ita scribens: *Il libro intitolato epifola, in quâ Animadverſiones &c. riferito nel primo foglio di queſt'anno, e che da alcuni ſi vociferava eſſere ſtato compoſto dal celeberrimo Autore dell'Iſtoria Teologica, ſi rileva eſſer opera non altrimenti di lui, ma bensì d'un pio, e docto Religioso, che per ora non vuol eſſere nominaſo.* Epifolarum complurium, obſcurarum, minisque vehementibus & Sarcaſmis fartarum, Schedarum item falſitatum, ac commentis ſcatenium, quæ per vices ſparguntur, meminiffe velle humilis foret animi, atque abjecti.

X. Sed nondum bellorum ſatis. Prodiſ demum liber novus, in quo ſe iſum ſuperare Author conatus eft. 360 paginas complectitur, charactere preſſo ac minuto. Superi boni lquæ chartæ atque atramenti profuſio! Mendacia, quæ liber in fronte præfert, respondent ceteris per opus dispersis. Neque enim cum licentiâ ſuperiorum, neque à Benedinio, neque Lucæ, ſed typis clandestinis, parvique furtivo editum eft. Lepidum profeſtō titulum preſfixit: *L'infarnato poſto nel vaglio.* h.e. *Semidoct̄ in cribro poſitus.* Quis unquam audivit ponи hominem in cribro? qui ignorat, in incerniculo non unum ſolum, ſed plurima collocari debere corpuſcula, ſi bona à corruptis separanda ſunt; ad hoc enim duntaxat hoc machina genus conducit? quâ ſurdum obſecro adhibere tirulos, & verba ludicra, & comica, ubi de Theologiâ, & fidei dogma te ſermo eſt? Opiniones in hoc volumine ſunt omnino cædem. Injurias, ac dictaria per alia magis amarulenta, acerba, ac plebeja augere mirum quantum conatur eſt. Quapropter communis eſt ſententia, nihil respondere debere Maffejuſ, cum quod ſupervacaneum ſit, tūn etiam quod eo non amplius honore dignus ſit, qui tam abjecto agendimodo ſibi ipſi omnem eripit authoritatem. Concordat accuratissimè haec opinio cum ejus genio, ac more. Duæ nihilominus rationes gravifimæ ad dictandam extemplo iteratam hanc confirmationem iſum inducunt. Prima,

(1) In editione omnium ejus Operum, factâ Colonia, vocatur Tapperus ab Encuſia, civitate Hollandie; fuit Lovani Decanus ad Sti. Petri & ejusdem Academia Cancellarius.

quod facta falsissima, licet sine probatione excoigitabili, liberè, atque iteratò hoc in libro spargantur, quæ retundere, ac prorsus diluere necessarium est; altera, quod non abs re futurum sit, si conetur hæc occasione palam facere viam novam, quā, qui dogma orthodoxum per cuniculos modò impugnare student, incedant. Cæterū hæc certissimè erit postrema responsio. Nam quidquid demum hæc in re contra ipsum denuo scribetur, aut configetur, nè verbum quidem regeret: Imò, quemadmodum aliis in occasionibus factitavit, nè leger quidem, quidquid typis prodire furtivis, aut ignoto divulgari, spargique calamo posset.

## CAPUT II.

*Falsitates facti evidentes in dicto libro divulgatæ.*

PRIMUM, quod à libro hoc insinuatur, mendacium est, reperiri nimirum in Confirmatione, laciniis, quæ ab aliis, non ab Authore sint assuræ; esse complures, qui assuerint hæc solearun, ut ipse quidem vocat, *resegmina*; adeò ut non unius hic hominis partus sit. Commentum hoc vehementer ridebunt, quicunque aliquam Masseji notitiam habent, ac cum eodem consuetudinem. Eorum vero, qui se non nōrunt gratiâ, invitac ac provocat ipse omnes, qui unquam secum agere dedigunt non sunt, ut enuncient, an vel periodum, vel versum, vel unicam etiam vocalam ad suam Confirmationem ipsi contulerint. Res non alius, quam uno ab anno repetenda est. Nemo familiarium suorum, aut amicorum intra hoc tempus è vita excessit: Deregri res facilissimo potest negotio. Salutatus non raro à viris religiosis variorū Ordinum recitat quoque iis quas tum actu, ac calamo currente scribebat, paginas, ut eorum exquireret sententiam. Rogentur hi, num quidquam ab iis praeter benignas approbationes retulerit, num quid à quoquam dictatum fuerit, quod adjiceret? Multistat quoque nescio quid adversarius, de pseudothomistâ queritans; at quem innuat, nemo est, qui intelligat. Recenset inter amicos Massejus nonnullos ex insigni Ordine Prædicatorum: Verùm isti & veri & docti Thomistæ sunt ad unum omnes. Noti sat supérque sunt dissiti quidam atque etiamnum celebres, cum quibus interdum literarum habuit commercium. Opera à se relata inter suos asservabat libros, & adhuc asservat; quod non nisi aliena ope exscribere inde posset authoritates? Videtur velle persuadere, addenda ex alieno fluxisse calamo: Verùm argumentis hic opus foret; quandoqui-

dem, cùm non habeat ipse donum tardè laborandi. Hujusmodi addenda in omnibus ejus operibus occurunt. Adde, quod nullum reperire sit, quod sit essentiale aut magni momenti; aut quod quidquam variet. Videatur in summâ, quāridicula, & falsa sint id genus nuncia.

II. A B altero tamen primum longo surperatur intervallo. Narrat pluribus locis, afferrique strenuus hic vir cum strepitu, Confirmationem, ut imprimi posset, passam esse circumflexiones, mutationes, & interpolations; esseque opus alteratum, castratum; & consarcinatum. Nullo id comp. p. 11. probat argumento; & quando certis in locis haerere sibi aquam videt, ait continuo, id esse assurum. Non meminit miser, quod, qui loquitur mendacia peribit. Res sic habet, nè una quidem vocula sui contextus vel minimum invenit difficultatis. Quin redditum potius illico Authori à Censoribus pro eorum humanitate fuit autographum, Veronæ primum, tum Venetiis subscriptum. Id enimverò existimatione suâ interpositâ affirmat author, nec deprehensum se adhuc esse, nec deprehensum iri in mendacio. Explorari id citra omne negotium potest, quando Deo sint laudes, vivi etiamnum sunt Censores, ac vegeti. Obierunt hic munus Veronæ Vicarius S. Officii P. Vincentius Panziera, & Venetiis P. D. Angelus Cologerà, viri notissimi, atque omni exceptione majores. Nihil facilius, quam interrogare eos, atque omni cum securitate veritatem ex ipsis elicere. Vide sis amabo lector, cuius genii sit, qui religioni sibi non ducit hujusmodi occinere fabulas, qui ineptias adeò facile dissimilandas liberè venditat, ac circumquaque disseminat. Quid? bistoria etiam Theologica, si ipsum audimus, enormiter fuit castrata. Atque hoc loco non pag. 9. amplius Dominicani, sed Franciscanis dicam scribit. Quis igitur accidit, ut Censores Romani, eo ipso quo primum prodidit habitu, non modò non perstrinxerint, verùm etiam disertè laudarint, ut liqueat ex approbationibus tanto antè impertitis.

III. SED progrediamur. Præfationem duorum PP. Minimorum Generalis sui vindicandi causa præmissam liberè jactat, sœpèque repertus Anonymous compositam à Massejo, atque ab his Patribus nè lectam pag. 6. quidem, nec visam; repetitque ab ipsis nè pag. 7. visam quidem, nemus subscriptam. Non credo equidem eventurum amplius, ut insultæ adeò, atque impudentes calumniæ preli beneficio prodeant, quando nec absunt bini hi patres, nec longè distant. Adsum semper, poteritque, quisquis denum voleret, eos interrogare. Accedit, quod proœmii illius autographum alterutrius

Ddd 3

manu exaratum forte fortunā afflvetur, exhibitūmque sit, atque exhibendum desideranti. En, quā veritate, quāque religione famam alienam laceret *Anonymous!* Egregiam stylī peritiam, accuratānque crīsī prodit, quando hanc unam adfert rationem, quod idem sit stylus in processio, qui in reliquo deinceps opere. Vel ex hoc intelligi potest, quām quererat in scirpo nodum. At nunquid etiam hic, & II. pag. 6. in defensione ait, probasse Zavarronium historiam, quam nē oculis unquam usurparit? nonne hæc iniqüissima est calumnia adversus virum huic ornatissimum? Quā igitur factum, ut idem in suā approbatione citarit, commendariisque res plures in Opere hoc peculiares? Somniat præterea, etiam Historiam mutilatam fuisse, ac transformatam: Non meminit certè, eum qui affavit, probare debere. Ita plures relationes, quæ de hoc libro, aut aliis in aliorum extant voluminibus, ejusdem, si viro huic credimus, Authoris partus fuere. E. g. Specimen, seu ideam controversialie, historiæ literaria Italice insertam affirmat *Anonymous*, iisdem conceptam verbis subministratam fuisse Compilatori.<sup>1</sup> Ad quod ornatissimus, eruditusque ejus author respondet his verbis: *Jurejurando affirmamus coram Cœlo, & terrâ, falsius nihil scribi posse.*<sup>2</sup> Nunquid etiam incedet eum libido, venditandi, voluisse etiam Eminentissimum Flue- rium eandem improbare, per humanissimam suam epistolam, quæ habetur in præfatione ad historiam, quāque tantum aspergit honoris ejusdem authori?

IV. VERBO: nē voculam quidem in tribus *Anonymous* libris reperiēt, quæ, ubiunque demum factum aliquod vel majoris, vel nullius momenti narratur, afflvetur, aut attingitur, palmarē ac manifestam non contineat falsitatem. Quid porro non occurreret dicendum de iis, quæ extra typum, aut suo ipse, aut amicorum ore author disseminat? Puta, quod non ipse primus offendit? Quasi verò liber Francofurti editus, plenus contemp- tionum, ac scommatuum non esset sius? Quod prima responsionis editio scaret convitii? Quando prior paucissimis duntaxat versibus posteriorē superat, neutra autem civilitatis terminos ullatenus egreditur? Quod alias habeat causas, atque occasionses conquerendi, commentariis illas quidem ac suo recens è cerebro conficas, vel in somnis objectas? Verū omnia facile persuadentur iis qui non legunt, aliisque ducti motivis alienas in partes cœci eunt. Quid dicemus de eo, quod con-

III. p. 286. (1) Il saggio della controversia inserito nell'istoria lessericia essere stato esteo appuntino, ed al compilatore somministrato. (2) Con Sacramento ascensione al Cielo, ed alla terra, che maggior falsità non si potea scrivere. (3) ch'abbia afflitto come corrutor della stampa.

tendat, Authorem Confirmationis curasse editionem; & denunciassè libros suos?<sup>3</sup> Id quod nē per somnum quidem unquam cogitavit, nisi forte denunciationis nomine intelligat Confirmationem? Quid? Quod fide suā interposita testatur, se nec scire, ubi, nec quo modo fiant hujusmodi denunciations: Hujus furfuris libri ipsi se denunciant. Narrat, honorem illum in signo marmoreo (licet citra omne meritum, ac fas) ipsi ab Academiâ Veronensi delatum fuisse ab ipsomet procuratum, risuque ab Academicis exceptum: Quando decretum hoc communi suffragio conceptum fuit, ipso longè absente, & quando ipse unus noctis beneficio, ut omnes nōrunt, tolli jussit simulacrum, & abscondi; licet alio postea in loco id denuo exponi jussicerit Academia. Verū quid hæc obsecro ad materiam de gratiâ? Colligat hic mentem lector quivis Christianus, secūmque reputet, an, qui facta aperiè falsa, arque ementita cum tantâ famæ alienæ denigratione spargit, ac typis in vulgus emitit, in bonorum Theologorum possit censu haberri.

### C A P U T III.

Quād à ratione, atque instituto alienum sit, consumeliosè agere de ejusmodi materia.

NOTISSIMA res est homini cuivis honestatæ parentelæ, ac vitæ, non minus in bonos peccare mores, quām causæ propriæ officere eum, qui, cùm disputat, facit convitium, & contra hominum bene moratorum, atque urbanorum morem declamat. Quodsi viri honorati omnes adeò detestantur, ac reprehendunt sermonem imprudentem, atque aculeatum, quid dicemus de scripturâ, quæ est sermo meditatus; ideoque ex imprudenti impetu non nascitur; quoque non præsentibus modis, sed roti mundo loquimur, neque hodierno tantum, sed & futuro? Sique hic modus agendi vel maximè damnatur, in quācunque etiam adhibetur materia, quid putabimus, si & usurpetur, ubi de fidei dogmate, & Ecclesiasticis inter Catholicos questionibus controvertitur? Quo si porro explodore, ac deridere adeò dedecet quodvis genus hominum, quid dicemus, si hoc modo scribat homo veste ornatus religiosa, ac monastica? Hoccine est exemplum, haec illa pietas, ac moderationis, quam ab Ecclesiasticis, ac Monachis præcipue debebimus addiscere? Ubi est amabo timor Dei, ubi severior dis-

ciplina morum? Ubi dilectio, & caritas tantopere hoc in libro nominata? Caritatem oportet esse, & Dei, & proximi. Aug. in ps. 25. Serm. 22. Mauth. v. Salvatoris effatum? Qui dixerit fratri suo raca, reus erit concilio, qui autem dixerit, fatus, reus erit gebenne ignis.

II. Si videbatur Anonymo, deduci ex historiâ Theologicâ posse doctrinâ novis suis opinionibus contraria, quin proponit difficultates suas modo pacem, ac civilitatem spirante? Quin impugnat modo Christiano? Nonne, quod eo in illam modo bacchatus sit, palam fecit omnibus, emicare hic undique studium partium, ac cause desperationem? In postremo etiam hoc libro, ubi teneri se videt, rationum loco, convitia congerit, formulisque insulis, atque incivilibus rem omnem absolvit; adeò ut fuerint, qui dicent impugnari multò acriùs hic Galatei quam Confirmationis authorem.

III. Id demum certâ quâdam ratione consecutus est, ut quibusdam persuaserit, se esse invasum; primùmque fuisse adversarium, qui offendiceret. Non eò adducet, qui sciunt, quomodo in Animadversionibus suis perpetua vibrentur jacula in eum, qui ipsum nec unquam offenderat, nec sciebat, eum degere inter mortales. Consularur amabo Confirmatione pag. 15c, & 224. Adeo verum est, primum ejus librum plenum fuisse aculeis, ut ipse in præfatione fassus fuerit, durius, quam Evangelica ferat Caritas, habitum fuisse Marchionem Scipionem Maffejum. Cujus tamen rei nullam prorsus caufam, aut excusationem afferre neverat. Laudata ex adverso fuit passim moderatio illa, quâ ipsum vir offensus in ruborem dedit. In totâ confirmatione hoc ex capite nihil reperias, quod opponas. Reperiatur una alterâ sententia veherentior nonnihil in ejus responsione, sed Christianis tamen temperata formulis, neque talibus, quæ vel minimam apud Centores classicos reperisset difficultatem. Aliquam harum phrasium suffratus est Anonymus, sed extra rhombum, cum gravibus eam injuriis male consocians. Considerandum insuper est, scripsisse tum temporis offensum contra larvam incognitam, séque defendisse contra eum, à quo adeò acriter acceptus fuerat. Qui responder, non potest non quandoque aggressoris premere vestigia. Verum enim vero quam palmare in omni genere discriben! Ubi, ubi monstrari poterit in apologiis perpetua illa, ac molesta convitiorum series? Ubi ipsi oggestum est, quod evomat incepti?

Quod ruget iniquitates? Ubi, quod esset II. p. 39. cause satis, ut in pistrinum derur? Quæ p. 43. dicta multos adduxere, ut crederent, ipsum de potestate mentis quandoque exire. Ubi ostenderetur, quod unquam appellatus fuerit Calvinianus, quemadmodum ipse adversarium sæpenumero Armenianum, Pelagianum, atque his pejorem vocitat? Ubi, quod sensa adversarii dicantur, nè quidem ex inurbanitate, ineptia? Ubi reperientur mendacia? Ubi modi illi horribiles, quos ille adhibet unquam non? Ubi comminatur nervos, & numellas? Ubi adversario imputat commercium, atque amicitiam cum hæreticis? Ubi, quod caverit, nè Protestantum dogmati incommodaret? Atque inde est, quod in sapientibus illis III. p. 296. provinciis, quibus severissimè prohibetur librariis, nè vendant, aut affervent libros Anonymi, & in illis, ubi cautum fuit, ut traderentur Fisco, si eò importarentur, non fuerit, quod Maffejanis opponeretur. Quare agnitus facilè est, unos gravissimè nocere bonis moribus, non item alios. In tertio volumine nuper edito quo modo respondet ad objectas has sibi calumnias? Ait nimirum, ab accusante non indicari lo. III. p. 356. cos, ac proinde falsa hæc fore. Verum cùm dictum fuerit, blanditias istas, ac palpum tricens amplius vicibus iterari, paucaque sint paginæ, planè hâc peste vacuæ, nonne hudi sunt lectori, cùm regeritur, loca non indigitari? Quæ tamen ipsa non raro commonistrata fuere.

IV. Inauditus hic atque insolens prorsus agendi modus creditus à nonnullis fuit provenire ab ingenio effero, plenóque bilis, & stomachi; fuere contrâ alii, qui prudentius judicarent, non esse, nisi callidum artificium, quo tentaret Author contemptum, despiciuntque reddere adversarium, depingendo eum tanquam hominem rudem, illiteratum, ac fatuum. Verum serò nimis eò adjectit animum. Huc quippe collineat, cùm assertit sæpenumero; quod non legerit Augustinum, quod II. p. 24. in aliquem ejus locum in libello quodam casu p. 7. inciderit, quod disputet de SS. Paribus, quorum p. 11. nè unum quidem unquam legerit, quod nunquam p. 25. viderit, nè unum legerit opera Aristotelis, 18. ullumve ex ceteris omnibus philosophis, imo, 22. III. p. 234. 32. ne librorum quidem titulos; quod nunquam legerit D. Thomam; quod parcissimè tincetus sit latinis literis; & alias, quod nè earum quidem habeat notitiam, nec intelligat; unde addit insuper, quod librum hunc vernaculo sibi idiomate curer explicari. At quæ amabo cum his consonat, quod semel dicat: Veneror ejus eruditioem, nec mibi su. III. p. 66. mo, ut contendere cum eo hoc velim in ge-

(1) Vomit spropositi, vomità iniquità, vi sarebbe materia per appenderlo alla corda.

nere. Quis unquam audiit proferri adē inter se pugnantia? Quomodo coharent, mirari quaternis facile vicibus, delectum à se adversarium tam validos habere lacertos, \* & iterare & adverso, sēpēque ingeminare, non esse in eo intelligendi capacitatem, non intelligere, quæ loquatur; loqui instar psitaci; accenseri oportet. Opus ejus amorphibus Paridis, Vienne, & Bertoldini. Si habuisset in animo omnem sibi ipsi, loco adversarii, autoritatem detrahere, existimationemque omnem suam extinguere, potuissetne id præstare felicius? Quomodo cum summā hāc contempnione ac vituperio concordat, quod tot epistolis obscuris ac clandestinis, tot conurcationibus (novit probè ad quos institutis) tantopere fuerit obliuētatus, primū quidem, nè scriberetur Confirmatio, deinde ut ejus publicatio sufflaminaretur? Nonne inde fit perspicuum, quod contra ac sentit, loquatur? quōdque falsissimas agnoscat contumelias, ac vituperationes quas profundit? Et sanè non tam urunt virum ea, quæ de suo immisct Historicus, quām perpetua, atque infinita series textuum Scripturæ, ac Patrum. Hi enimvero, Novatores jugulant planè, ac conficiunt. Atque id ipsum causa est, cur persuadere nitatur semper, truncatos illos esse, variatos, depravatos; quasi verò de quaternis duntaxat, aut senis ageretur, & quasi editiones Patrum intercidissent, & cujusvis oculi revincere erroris eum non possent. Cui bono amabo unam vel alteram duntaxat Patris cūjusdam sententiam insectandam sumit, quando viginti ac triginta de omni ferè materia variis in locis percissentur?

V. SUNT, qui certò judicent, tertium hunc librum temperatiorem fore, ac magis, quām cæteri duo, Christianum; quippe quorum uterque verè stomachabatur. Verū elegia jam à nobis relata, ac jamjam referenda in ipfissimo hoc extant. Operæ pretium tamen fuerit, aliquam in eundem animadversionem adjicere. Præmittitur nomen Coci illius Cenobii, tanquam si libri author foret, profanato hisce rugis, ac gerris, Theologico, sacro, ac gravi adē argumento. In primis versibus citat Cocus documentum aliquod Spiritus Sancti ex Ecclesiastico. Præclarè deinde in primā jamtam paginā jocatur author, dicendo; inserere Adversarii libro authoritates Theologicas idem esse, quod mustela caudas attexere afino; & paulò post: Rulatum afini non penetrare nubes. Cūm verò agatur hic de dogmate Catholico insuperabiliter defenso, dici poterit, voluisse hāc vice Deum reportari victoriam per afini maxillam, quemadmodum per Samsonem.

M. p. 3.  
p. II.

(\*) che sic di cordovano si duro. (1) בְּרִית אֲחָמָדָרְקָה cum maxilla afini, in viro, en ero.

VI. PERGIT eādem perpetuò venusta prædicare, opus sui adversarii esse meram ineptiarum colluvicm, plures ineptias numerare, quām verba, esse crābēt, inspidūmque psilmentum. Tutarī se Authorem calibus, & pugnis, dolo & fraude, dicitur, atque rugarum, deliriorūmque acervis. Hec nempe sunt familiaria ipsi vocabula, uti & hæc: Reus mendacii, calunnia, imposturæ, dicteria, calliditas, iniquitas, amentia, fluptitas, inepta loquacitas, tor, quas evulat, ineptie, incapacitatis suæ indicia, sive malitiæ, sive ignorantia, aut supinæ ignorantia, aut mala fide. Verum hæc omnia parum sunt. Confirmat enim quod in prioribus dixerat; Adversarium suum conspirare atque amicitiam colere cum hæreticis. Pronunciat etiam in hoc, habere se indicium sufficiens ad torturam, judicandi ipsum conspirare cum Arminianis; comparatque eum blasphemis, & ebriis. An hunc in modum scribi possit circa peccatum, ànque hujusmodi editiones promoveri sine piaculo possint, penes legis Christianæ peritos esto iudicium. Ad quæstionem hanc responderi sine negorio potest. Non prosecutò ridentur tantum hæc delitia, sed non fine summā animi acerbitate recognoscuntur monstra illa, quæ huic perpetuò retati, ac nationi ignominiam aspergent. At hoc certè homine opus erat, ut ista ob oculos posneret iis, qui re non accuratiū expensā, aut quia notitiā meliore imbuti non sunt, aut alios demum ob fines scripta adē execranda promovent, ac fovent. Ad agnoscendum horrem, atque indignitatem, intelligentiamque perniciem, quæ inde in Christianos, civilésque mores invehitur, Theologiae intelligentiā nil opus est. Sivulgatae ab Anonymo opinione ejusmodi mores important, ut à nonnullis creditur, ro-gandus enixè vel hoc ipso ex capite, obse-crandusque Deus est, ut eosdem à nobis prohibeat. Cæterū vir offensus hoc magis convitis illis gaudere debet, quod magis sunt plebeja, atque enormia. Etenim dictum, & scriptum sicut à viris magnis, ac celeberrimis, longè abesse, ut laudes omnes, atque encomia quibus tot in libris profusa-nimis humanitate ornatus fuit, tantum ei concilient existimationis, aehonoris, quantum adserunt sannæ istæ, ac vituperia. Eodem planè modo condemnatorum nonnulli in Patres Tridentinos bacchati sunt. Et sanè tantam nunquam causam erubescendi habuit, de honoribus immerito sibi eminus ac cominus delatis, & de falutionibus adē humanis tot omni ex ordine religio-forum virorum, quantam ei præbet injuriarum istarum perlatarum principium ac fons. Quantam non inde animi ægritudi-

nem

nem credibile est, concepturum Anonymum, si amicus suus Veronensis hæc ei significet per literas!

VII. NOTATU sanc dignum est, quomodo tam stupendus, ac viperinus ei dominetur rancor, ut non modò interdum stomachetur eā, quā vidimus, gratiā, ac venustate, sed &, quod in alio volumine observatum nunquam fuit, plus centies commonstret adversarium, & sīnē risu, aut sarcasmo vix unquam dimittat. Quid enim ad rem attinebat, ampliè essent ejus ædes, an angustæ? Quid hoc spectabant tres ejus Purpurati? Nunquid etiam ob communia studia in Pelagianis habet Muratorium, & Prædicatores? Inimicitæ quas homo iste furiosus gerit contra morum urbanitatem, produnt etiam sēfē, ac promicant, cūm de aliis sermo est. Impetus facit in omnes illos, qui à Mafiejo facere nolunt discessiōnem. Celebris est in hoc genere, & aliis ob rarum in lingua vernacula, & arte poëtica ingenium eques quidam Veronensis. Hunc itidem ob epigramma viro isto dignissimum in laudem Confirmationis editum quatuor admodūm vicibus venenatis suis appetit sagittis; summāque indignitate non veretur appellare illum: *Hominem agreftem, Poëtam ruslicum, qui calamis sonat agrefibus.* O quantum profectō debere se fateti debet libro illi de *scientiā equestri*, utū sāpenumero à se deriso! Non ita impune olim insultabatur, ludique siebant viris honoratis, nē à religiosis quidem! Sepulta jacet in forulis copiosa collectio venustorum, ingeniorūque poēmatum, quæ ipsum eo, quo meretur, modo & Italæ universæ, & omni consecuturæ ætati redditura esset celebrem. Prodiisset illa jam tum in lucem nisi eam oppressisset idem ille provocatus, ac tantopere ab ipso despectus. Quid dicemus de convitiis, contra commentarium illum imprudentem transalpinum *Pseudodo Thomistam?* Item de eo, quod imputet: *Stupiditates, impoturas, & calumnias modestiae illi, & doctœ Præfationi, quam ille nullo prorsus jure vocat libellum famosum?* Religiosi isti Sancti, & docti omnia Deo permittunt. Hoc non obstante in iterata hæc confirmatione contumelie pro viribus etiam devitabuntur. Nec hæretici, nec Calviniani; nec Janseniani nomen impingetur Anonymo; propterea quod nefas sit a privato has notas inuri; opinio item, & spes sit, fore aliquando, ut se respiciat homo, retracteque errores. De solis opinionibus sermo erit, exigente id doctrina Catholica, nē quid damni capiat. Ceterum hoc saltem ex inhumano hoc agendi modo ille refulit commodi, ut suorum voluminum exercitatio adeò invaleſcat, ut multi doctrinæ etiam, quippe quod plus refert, obliviscantur.

III. p. 4.  
36.259.  
262.

p. 3.  
p. II.

CAPUT IV.  
*Præmittuntur ante Controversiæ discus-*  
*sioneim animadversiones aliquæ*  
*non levis momenti.*

NOVITATUM amatores, & ii etiam, qui odio alieno, aut alio diverso impulsione, aut, quia rem totam non intimè perspectam habent, excusatos ex parte cuperent tres libros Anonymi, conantur aperi-  
re sibi viam per disseminations prorsus alienas à vero. Non dubitant afferere, fas esse dicere hodie in materiâ de gratiâ & arbitrio, quod liber: Quandoquidem discrepantibus inter se scholarum opinionibus, aliquo earum idiomatice roborari possint omnia, ac defendi. Fallissima & scholis omnibus injuria est ista disseminatio. Dis-  
sident scholæ Catholicæ in modo explicandi mysteria illa, quæ exponi perfectè non possunt; at in summâ dogmatis ad amissim congruent. Videatur, quomodo Patrum Societatis hæc in re doctrina, à Piccinino hæretico Pelagianisti postulata defendatur strenuè à Cardinali Gottro Dominicano. Atque id cause est, cur in *Confirmatione*, præsertim capite 5to, & 6to libri pri-  
mi, ad justam Augustinianorum, ac Thomistarum defensionem, quorum doctrinis novum Anonymi sistema malignè nonnulli cuperent ostendere conforme, demon-  
stratum fuerit testimoniis perspicuis, ac luce-  
lentis, non Scotistarum, non Molinistarum; sed Cardinalis Norisii, P. Belleli, Bertii, Card. Gottii, & P. Contensonii, quo-  
modo opiniones ab Anonymo nuper de-  
fensæ fuerint jam tum disertè ab his decla-  
rate hæreticæ. Delecti fuere hi quinque, non quod defint alii, sed partim, quod eos  
suos inter libros numeraret Anonymus;  
partim quod existimetur præprimis con-  
trarii Molinistis. Quid hic poterit respon-  
deri? Quale fingi poterit effugium? An &  
hos Pelagianis, aut Arminianis accensebit  
Anonymus?

II. SED quo pacto amabo in ejus subsi-  
dium vocari posset schola quedam. Catho-  
lica, postquam initio primi sui libri, pagi-  
nâ 2dâ confessus est: *Sententiam meam scho-  
lastici proterent, atque anathemate dirum in  
modum percellent.* Non de unâ hic scholâ  
dixerit, sed de omnibus. De omnibus  
iterum, ubi ait: *Vim inferunt Patribus, eos-  
que ad somnia, & nugas suas fulciendas invi-  
tos, & reluctantes trahunt.* Non igitur ad  
dissidium aliquod scholasticum revocari  
potest præsens controversia: Quando con-  
fiterit Anonymus, sententiam suam ab om-  
nibus proscriptum iri scholis Catholicis. Si  
ejus libri sententias continerent orthodo-  
xas, si doctrinam Augustinianam, & Tho-  
misticam, cur amabo non præferrent in

I. p. 2.  
I. p. 125.

Ecc

fronte licentias Canonicas, cur non ab aliquo Patrum Inquisitorum admirerentur? Ait, Francofurtes à se primò de typo fuisse appellatos, quod sibi non confitevit de afflo Lucensi. Faretur igitur, in Italiā, & ubi Censuram gerunt Inquisitores, quod nusquam faciunt Patres Societatis, non potuisse se obtinere imprimenti facultatem. Quo igitur jure recouit semper effatum aliquod D. Thomae, quò fidem faciat, id suo favere systemati? Sciant insuper omnes falsissimum esse, quod aut *Defensio*, aut *semiductus* edita sint Lucæ, cùm id tentarit quidem, at irrito conatu. Potest vel ex iis, quæ hac tenuis allata sunt prudens quivis jam tum aestimare à quo stet verum, & cui ratio militet.

III. ANONYMUS cum amicis non haberet quod opponat authoritati P. Bernardi de Rubeis, & P. Danielis Concina. Atqui prius, ut in *Replicā expositum* est, in doctā epistolā manu suā exaratā, quæ asservatur, se declaravit esse *sensentia maximè contraria dogmati*, quod continetur in *Animadversionibus*, docuitque hujusmodi doctrinam certò repugnare doctrinæ D. Thomæ. Quomodo se purgat Anonymus ad hunc locum, dicendo, non fas sibi fuisse loqui aliter *secundum scholæ sua principia?* Schola ejus certè est Thomistica; non habet igitur illius rationem; faretur igitur scholam Thomisticam sibi maximè refragari. Merus igitur focus est, præ se ferre perpetuò, sistema suum nisi autoritate D. Thomæ. P. Concina porro suā manu pariter scripsit in haec verba: *Io l'altro mese ho pubblicato il tomo sesto della Teologia Christiana, nel quale spiego il sistema di Lutero, di Calvin, e di Giansenio sulla libertà, e sulla grazia, dove difendo doctrine tanto contrarie à quelle dell'Animadversiones, e del detto ultimo libro intitolato Difesa, quanto è contraria alle tenebre la luce, e al Paradiso l'inferno.* Hi profectò non sunt. Authores exiguae famæ, & existimationis, nec Molinistæ haberi possunt. Quas autoritates aut clariores, aut minus suspectas his opponere possunt illi, qui conati fuere purgare, atque in tuto collocare tres novos libros?

IV. Patrocinium duntaxat queri potest uni systematis parti ex Diroylio Doctore Sorbonico, eius dissertatione extat gallicè, & modò miris tollitur laudibus; quanquam in Galliā nec à quodam Catholico, nec Janseniano adoptata aut magni aestimata fuerit. Author Confirmationis qui plures annos moratus est in Galliā, cùm conferendis consiliis, & indagandis hac in materia variis occuparetur, & Sorbonam (cujus 5. Doctores dissertationem de ratione Indicis Sorbonici, seu Bibliothecæ Alphabeticæ, quam adornant mittere ad ipsum dignati sunt) non

raro frequentaret, hujus fieri mentionem nunquam audivit. Reperi nihilominus modò est in Italiā homines, qui ita his ideis occupati, plenique sunt, ut nè ab his abeant, contendant, scholas omnes mutare phrasin, novasque in Theologiā vias aperiri. Scriptum hoc latè redditum divulgavit Lescius Crondermus (nomen fictum, & anagrammaticum) ad calcem suæ *Elucidationis*. Quæ erant in Diroylio, & Crondermo, graviter erant suspecta; ab Anonymo autem ulterius proiecta sunt. Omitendum hic non est, librum, quem se venerari, ac sequi perpetuò jaicitat, editum esse sine die & Consule; ex quo fatis elucet, quām authenticum sit ejus opinionis fundamentum. Adde, quod in capitibus quibusdam gravissimis, ubi jam relati Catholicè, & religiosè locuti sunt, longè, ut in responsione indicatum fuit, ab ipsis abeat Anonymus.

V. MIROS ediderunt nonnulli ludos, cùm disseminari curarunt, aliis quidem studiis compluribus occupasse se Mafsejum, in Theologicis non item. Ipse contrà profitetur, in nullâ alia se materiâ, quām Theologicâ, & Ecclesiasticâ serium posuisse studium; quod alias facultates aut obiter attigerit, & primâ ætate tractarit, aut animi potius causâ, quām studii, in his versatus fuerit. Quo factum ut plura deinde sacri, quām alterius studii dederit specimen, confutans primū Leonem sapientem Schismaticum acutissimum in materiâ Trinitatis (non sanè ex principiis Matheseos, scientiæ numerarie, aut inscriptionibus) & postmodum Pfaffium, Basnagium, & Chandlerum occasione aliorum dogmatum; commentans item complexiones Cassiodori à se inventas, ac divulgatas. Quod in libro novissimo scripsit Anonymus, confutatos ab ipso esse *Protestantes imposturis*, &

<sup>III. p. 8.</sup> textibus mutilis, id enimvero omnibus horrorem incusit orthodoxis. Atque vel hinc colligi potest, quām vera sit eadem dica, quam perpetuò & historia Theologica, & Confirmationis impingit. Defendit denique Mafsejus celebrem illam Bullam *Unigenitus*, autoritatēque Pontificiam in tractatu, qui habetur in fronte; si tomī *Observationum*, ubi attulit Christianum apophthegma doctissimi P. Orsi, nè quidem, cùm disputamus aduersus hæreticos, convitia, injuriāsque adhibevisse esse. Ridicula ac puerilis plane res est, quod, quod persuadeat ipsum non esse Theologum, adducat, id quod toutes facit ad naueam, locum illum, ubi ipse, ut ostendat se non præjudicatis motum opinionibus uni potius adhaerere sententiæ Catholicæ, quām alteri, quemadmodum usū venit illis, qui sub Magistro Theologiae dant operam, afferuit: *Captum se fuis-* <sup>V. Conf.</sup> *se voluptate studiorum Ecclesiasticorum, diu* <sup>p. 157.</sup>

*post annos illos, qui exiguntur in scholis; sive que ea Marie hauiisse ex SS. literis, SS. Patribus, Conciliis, & Canonibus. Hanc contendit adversarius esse confessionem ignorantiae rerum Theologicarum. Quot reperiemus etiam inter maximè insignes Mathematicos, qui has scientias jamtum à pueri arripiuerint, atque à Magistris hauserint? Maffejus ex adverso, cùm narravit se non in scholis vacasse Theologæ, palam fecit, quām falsa, atque inepta sit assertio Anonymi, qui secum deinde lepidè pugnans asserit: Maffejus doctrinam, quam scholastici quidam eidem velut in os inferuerant, mordicus arripuit.*

**VII.** AUDITI quandoque sunt, qui tueri heroem hunc conarentur, dicendo, incurri verè in dicta heretica, cùm legitur; emergere tamen illico rursus authorem, sanisque omnia pensare periodis. At quid hoc sibi vult? nisi, quod contrarias inter se copulet sententias, & bonum, juxta ac malum spargat semen? Solenne semper fuit his in casibus Ecclesiæ damnamare qua prava sunt, & bona relinquere intacta. Quem fugit, reperi etiam in heresiarchis sana interdum dicta, piisque sententias? Quid igitur facere nos convenit in his rerum adjunctis? Videre oportebit, ac dispicere, quorū denique novum hoc systema evadat, & quem demum tot pulchræ autoritates, ac loca exitum fortiantur, ac conclusionem. An ad aliud etiam inter iei ad volumine devenitur aliaque inde deduci consecutiones possunt, quām gratiam esse insuperabilem, & necessitantem? Actus liberos nobis esse *duōtōs* infusos? Non habere horribilēm eligendi facultatem? Non concedi nobis à Deo gratiam sufficientem? At in bonam postea partem, inquiet, detorquere ista nititur! Verū, quis ignorat, etiam Lutheri, ac Calvini sententias, subtilibus, cavillationibus, sensusque naturalis contorsionibus, in bonum trahi sentum posse? Quis ignorat multa etiam vocabula in sanā Theologiā, certasque usitatas formulas haberi deberi Sacrosanctas? Est, qui ex eo hominem tueatur, quod nondum nuncierur libros illos Romæ esse prohibitos. Quali quod non fit continuo, fieri non possit tempore opportuno. Tempestiva sunt semper hujusmodi negotia. Circumferantur jamtum per annos decem tirulis duobus diversis libri Quesnelli, cùm Bulla prodiit.

**VIII.** QUANDO autem hic Anonymus seducem præber, atque ampliatorem Jansenismi novi, conaturque veteris impugnandi pretextu venenum tegere, judicat Author historiæ, & Confirmationis, prætitum se Ecclesiæ Dei obsequium non inutile, si conetur offendere, in quo sita sit

diversitas, & quomodo in summa eadem utriusque sint consectoria. Qui haec tenus ex instituto contra hæresin Jansenianam scripseré, nonnisi contra primam strinxere calamum, propterea, quod nemo adhuc adeò amplièrat, explicueratque secundam. In præsenti verò novi hi tres libri aditum præbent, imò compellunt, ad serio excutendum hoc novum sistema.

## CAPUT V.

## Mutatio principii facta à Jansenianis.

**C**ONCORDIA libertatis cum gratiâ est mysterium. Contendere id ita declarari, explicarique posse, ut non sit, quod hisce declarationibus, explicationib[us]que opponi porro possit, temeritas est, & arrogancia. Beatus, qui adscribi nunquam Deo culpas nostras posse, déque omni bono, quod operamur, ei referri debere gratias firmiter credit, atque hic conquiescit, neque ulteriora rimatur. Verū ii, qui co[n]ati sunt Ecclesiæ Romanæ, & doctrinæ Catholicae imputare errores, ii iterum, qui sententiarum authores, partiūque Duces ac Coryphae haberi affectarunt, vel invidiā moti, optarunt etiam adversariis fidem derogare, nulli perinde libenter se applicuerunt materiæ, atque isti, propter ipsas has difficultates ac salebras, quæ disputationibus, ac dissidiis facilius ansam præbent. Lutherus, & Calvinus negarunt palam libertatem arbitrii, multosque habuere sectatores: Verū Concilium Tridentinum omnes eorum machinas subvertit, sinuque Ecclesiæ exclusum declaravit, quisquis demum eorum amplectetur sententiam. Atque hinc factum, ut, qui ad impugnandos, debellandosque adversarios Catholicos, eadē quoad rem propugnaturus, defensurūque erat, non palam, ut priores duo fecerant, locutus sit, sed nova adhibuerit ænigmata, novas invexerit disputationes, commentusque fuerit ambiguos, teatōsque loquendi modos, ne quivis eorum vim penetraret, venenūque deterget. Hac viā incessit Bajus, at frustra; quando errores ejus fuerunt optimè ab Ecclesiâ intellecti, & à tribus Pontificibus Maximis, quorum primus fuit S. Pius V, 79. ejus propositiones solegnī apparatu condemnatae, ac proscriptæ.

**IX.** Successor Jansenius, qui ad defendendas Bajii propositiones, è longinquō, ut in præfatione historiæ Theologicæ dicitur, gradum librans, cornixus est revocare rem ad sophismata non à quovis detegenda. Novam itaque excogitavit ideam Divinæ gratiæ, nullius animo ante se objectam; nimisrum, quod post Adæ peccatum illa confitat in delectatione indeliberata, ac victrice,

Eee 2

à quâ subitò necessariò determinetur voluntas; quo dogmate arbitrii potestatem everti quivis facilè intelligit. Secundùm ipsum homo sine delectatione omnem deliberationem præveniente fit *impotens sive ad bonum, sive ad malum.* Huic canonii suum inædificavit systema; deduxit inde, non posse gratiæ resisti, & interiori nunquam resisti; Semipelagianum esse, qui credit, posse obedire voluntatem, & non obedire; gratiam omnem esse efficacem, & sufficientem esse merum somnium, non habere nos libertatem indifferentia; errorem Pelagianum esse, credere, quod homo assentiri possit, & dissentire; & Semipelagianum, dicere, quod Christus mortem oppetierit pro omnibus; aliisque plura hujusmodi consecaria ex unâ vel alia ratione detestabilia, & reprobata. Potuissent equidem propositiones plurime ex vasto ejus opere extrahi damnandæ, verum cùm accidisset, ut systematis universi summa in 5. propositionibus teneretur collecta, creditum fuit solenni harum proscriptione abunde consultum esse Ecclesiæ.

III. **D E L E C T A T I O** vixtrix indeliberata adeò acriter fuit impugnata à Scriptoribus Catholicis, & debellata, ut à morte Jansenii, & vivente adhuc Arnaldo, qui in factionis præfecturâ successorat, convenerint sectarii de eâ deserendâ, ac perpetuae tradendâ obliuioni. Successit Arnaldo Quesnellus, Dux & Magister passim agnitus à factiosis. Hic adeò nuncium delectationi indeliberatae remisit, ut nè amplius quidem nominarit. Scribit nihilominus Anonymous Quesnellum <sup>133.</sup> *gratiæ naturam in delectatione indeliberata collocare, & prætendere voluntatem Dei facere, quæ præcipit ope delectationis indeliberatae, & repetit in hoc ultimo: Non aliam illum agnoscere gratiam, præter delectationem indeliberatam, illaque nisi condemnationem ipsius propositionum.* Verum eadem id ipse veritate scribit, quâ omnia alia, speciatim, quando agitur de *refacti.* Si hic fuit illius error, cur in propositionibus damnatis nulla ejus mentio? Fuisse certè ante cæteros omnes anathemate perculsus. Notatum jamtum est in primâ responsione, de delectatione hâc verbum non fecisse Quesnellum. Respondebat in ultimo hoc libro Anonymous, non de eo illum locutum hoc loco, sed alio. Quam igitur ob rem non ait, ubi, aut cur locum non citat? Res ita se habet: Non modò Quesnellum eam non nominasse in libro *Reflexionum Moraliuum*, sed ne unquam in ullo etiam à se scriptore opere ejus intulisse mentionem. Accedit, quod hoc principium dixerit refutari, & aboleverit, docens sepiùs, in aliâ prorsus re gratiam consistere, quodque fundamento planè diverso suum inædificari systema.

*De grat.  
Salv. l. 7.*

I. p. 150.

II. p. 55.

III. p. 319.

III. p. 319.

Qui igitur modò Jansenianos aggredieretur ex antiquis Jansenii principiis, ex unâ quidem parte operam piam, laudabilemque poneret, at superfluam; quandoquidem præcipuum eorum tot jam modis dissolutum, atque ab ipsis repudiatum sit: Ex alterâ verò fæcum teatumque relinquenter Jansenium novum, & multò subtiliorem, & multò artificiosiorem, & proinde Catholico dogmati magis noxiū.

IV. **A D E O** quippe verum est, principium hoc à novis sectoribus rejectum esse, ut desertum videatur itidem illud alterum de dupli delectatione viætrice; siquidem nec Quesnellus, nec Anonymous ostendunt, se id amplecti; quid? Quod ne verbo quidem illud tangunt. Jansenius hæc haber: *Quarum ut valibet vicerit, animum suum de grat. consentientem, & pronum trahit.* P. Graveson epist. 6. n. 8. Ex quâ doctrinâ totum corruuit systema Jansenii, assentientis, voluntatem hominis semper debere bene, vel male operari ex majori, quâ prævenitur, delectatione, sive Cœlesti, sive terrenæ, quod aperit contrariam est mox explicata doctrinæ SS. Augustini, & Thomæ. De dupli hâc delectatione alio porro modo locuti sunt nonnulli Catholicæ, aliam eam in partem accipientes. At novi systematis promotores non eâ nituntur, nec de eâ injiciunt mentionem.

V. **Q U O D N A M** igitur est fundamentum illud Janseniano surrogatum, cui novum inædificatur systema? In eo est, quod docetur, gratiam consistere in omnipotentia Divinâ, & actione, seu operatione omnipotente Divinâ, cui non possit resisti. Prò quantam commentum hoc viam aperit ad hallucinationes, ad confusionem, perturbationemque rerum, ad eliciendas subdolè ex sacris authoritatibus, verisque sententiis consecutiones falsas, opinionesque hereticas! Præcipiuus hujus systematis Author fuit Quesnellus. Quod ut certò compierimus, sat erit observare, quomodo ipse definiat gratiam; sufficiet propositiones ejus in bullâ inspicere: Decima sic habet: *Gratia est operatio manu's omnipotentis Dei, quam nihil impediare potest, aut retardare.* Undecima hæc fuit: *Gratia non est aliud, quam voluntas omnipotentis Dei jubantis, & facientis quod jubet.* Decima nona: *Dei gratia nihil aliud est, quam ejus omnipotens voluntas.* Dixit: *Nihil est aliud, & dixit: Nihil est aliud, ut melius declaret, renunciâisse se principio delectationis indeliberatae, ac viætricis. Vigesima prima: Gratia Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, utpote, quæ est operatio voluntatis omnipotentis.* Vigesima tertia: *Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, quæ creaturas è nibili producit, & mortuis reddit vitam.* Plures aliae idem

*Chr. l. 4.  
c. 4.*

inferunt, quanquam modo diverso. Enigatur tibi præcipuum novi systematis fundamentum, ac basit, unde alii errores, tanquam è fonte, pullulant. In famosâ synodo Dordrocenâ Corpus Calvinisticum omni conatu impugnavit, vocavitque blasphemam hanc propositionem: *Gratia non est omnipotens Dei actio, cui resisti à libero homini arbitrio non possit.* Pag. 182. 2da numerationis; & prima pag. 221. Connituntur prolixè ostendere, Gratiam quæ vocablio interna dicitur, omnino esse insuperabilem; & Deum, quos vult ad frugem adducere, sicut irresistibiliter illuminat, sic irresistibiliter non solum potentia, sed & actu credendi donare.

V. SILENTIO prætereundum non est, post libros Quesnelli, at octo annis ante bullam, editum furiu[m] esse *Lescium Cronadernum*, ubi etiam habetur Diroyfii dissertatione. In hoc libro sanæ etiam & bonæ continentur sententiae; involvitur tamen quandoque doctrina Catholica subtilitatibus suspicis, ac præcipue in rem nostram secundum novum systema leguntur hæc verba: D. 185. *Attendum est, quid nomine gratiae significetur: An scilicet operatio Dei, an terminus, vel effectus ejus? Ut quem Deus sui amorem voluntati inspirat, si sumatur gratia pro ipsa inspiratione, ut est operatio se tenens ex parte Dei moventis, gratiae ita sumptu[n] quam resistentur, aut resisti potest in quovis statu naturæ vel innocentis vel lapsæ: Deo enim movente voluntatem necesse est eam moveri, & aliiquid in ea fieri. Et paulò post: Si vero gratia accipiat pro effectu Divinæ illius inspirationis, hoc est pro ipso amore inspirato, ei resisti potest, & resistitur in utroque naturæ statu. Sensa hæc semel duntaxat à Cronadermo proleta quadraginta facilè vicibus pro more describuntur ab Anonymo, atque ita dilatantur, amplianturque, ut faciliè appareat, vehementissimè ambire hominem Janßeniæ novi Coryphæum, ac propugnatorem evadere.*

VII. QUARE, ut ad fontem veniamus, de Quesnelliâ undecimâ: *Gratia est operatio manū omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare, ita illa pronunciat: Hoc vocabulum operatio potest significare voluntatem, seu actionem Dei; affirmatque hunc sensum complecti articulum fidei. Id ipsum confirmat in libro novo, ubi usque ad eod[em] magno cum strepitu jaçtat, hanc se intellexisse, cùm dixit: Non est improbanda illa assertio; non autem de undecimâ, quemadmodum subdolè, & solitus gestulationibus ab adversario sibi fuisse ait impositum. Quasi vero una præstet alterâ, & sensus omnium, & quinque paulò ante relatarum non pland eodem recitat; & quasi alſerere, damnatarum præcipuarum propo-*

sitionum unam non esse improbandam, non perinde temerarium, ac æquè acatholicum sit, sive illa sit decima, sive etiam undecima. Sed observetur porro. Dicit pariter de undecimâ, demptis his vocalis: *Non est aliud etiam hanc fore caput fidei. Quis autem non videt rō non est aliud modum esse loquendi usitatissimum, ad exprimendum quid cum energiâ, quo nihil de assertione tollitur, nec hilum immutatur. At tollamus etiam rō non est aliud, an continuo fidei capitibus accensendum erit, gratiam esse voluntatem omnipotentis Dei, jubensis, & facientis, quod jubet?* An unquam hunc in modum definita est gratia à S. Augustino, à S. Thomâ, ab ullo Patre, aut ullo Catholicô? nonne hæc propositio quinis facile vicibus damnata est in Bulla? Quis non videt, quod ridere eum, qui quando agit de Bullâ reprobavit hoc effatum: *Gratiam esse voluntatem omnipotentis Dei, jubensis, & facientis, quod jubet;* idem sit, quod ridere condemnationem undecimâ: *Gratia non est aliud, quam voluntas omnipotentis Dei, jubensis, & facientis, quod jubet?* Qui non videt, quod qui conatur defendere hinc editionem vernaculam locis Sti Thomæ, quæ hic ad rem prorsus non faciunt, idem agat, quod qui defendere conatur latinam? Perperam igitur expludit Adversarius horrem, qui sibi videbatur injectus historico ab hujusmodi propositione: *Sed neque ad 1. p. 132. eam sententiam perhorresceret.* Verum quid opus est pluribus? Ipse Bullæ hujus ingratissimam jamtum eam propugnaverat, perstringens tanquam errorem gravissimum, si Calvinianus adnumeretur sententiis: *Gratiam non esse aliud, quam voluntatem omnipotentis Dei, jubensis, & facientis, quod jubet.* Qui Theologiae gnarus est, non opus habet pluribus, ad perspiciem novi systematis medullam.

I. p. 97.  
& 98.

VIII. ADJUNGIT ad hæc aliquid de suo Anonymus, nimirum, quod contendat, mutari jam oportere phrasin in Theologiâ, novosque invehi formulas, rejectis vocabulis vulgatis, neque iis tantum, quæ à scholis orthodoxis inducta, sed etiam non nullis, quæ semper usurpata fuere à Patribus. Ita loqui vocat, *loqui cum vulgo.* Palam, arque aperte pronunciat: *Si refruo ob- III. p. 250. scurum scholarum id homin exponant, quid sentiantur.* Muratorius, ut ipse quidem existimat, ostendit se ita *præuentum scholarum II. p. 90.* *præjudiciis, ut eorum adoptet idiomam, quin animo informet vocabulorum ideam, quippe quæ non proferat nisi materialiter.* Paradoxa autem haec vocabula alia non sunt, quam *gratia præveniens, comitans, & sufficiens.* Adverfis! Accusatur itepe historicus de usurpatis subdolè vocabulis ambiguis, perplexis, amphibologicis. Quæ vero credes, lector

Eee 3

amicet hæc esse vocabula? Sunt: *Gratia*, *adjuvorium*, *donum supernum*, *influxus Divinus*, *Gratia operans*, *cooperans*, *præveniens*, *subsequens*. Sunt hæc omnia vocabula obsecura, quibus historicus occultat venenum. Obmovet sæpenumero, quod non sciat dicere, quid rei sit donum illud supernum, aut, quod erubescat aperire significaturum hujus sui idiomatis. At idiomatis traditi ab Angelico, scribente in hæc verba: *Supernaturale donum*, quod *gratia* dicitur. Objicit ei sæpius, perdere ipsum operam, adhibendo solenne suum idiomam, quando nè ipse quidem intelligat quid sibi velit *gratia*, *auxilium*, *actus*, *habitus*, *arbitrium*. Ex ipsius item mente ad vulgare hoc idiomam pertinent nomina *virtutis infusa*, *Theologicarum*, *gratiae primæ*, *gratiae sefundæ*, & tanto plus *gratiae prævenientis*, & *consequentis*, *actualis*, & *habitualis*. Enquot vocabula, ac voces deserere, atque repudiare oporteat! Verum equidem est, quod pro more contradicat sibi etiam, dicens aliquid, non contendere se, quod non licet hujusmodi adhibere vocabula. Verùm hoc non medetur risib[us], quos tot in locis eisdem impingit. Addit insuper: *Modò expōnat*, quid his sibi quis velit vocibus. Vide igitur, nolle ipsum, fas esse adhiberi eas, quin subiungatur semper elucidatio quedam Theologica; id quod sæpe & ridiculum foret, & cōdixerat. Si S. Augustinus, & S. Thomas, quoties dictis gratiae vocabulis scribentes usi fuere, debuissent ea commentari, quām paradoxa non fuissent ad nos scripta transmisuri. Atque ut aliquando finem faciamus, observemus, Jansenismū novum, præterquam quod fundamentum primū mutat principium, cupere itidem, mutari commune idiomam, neque eundem in posterum loquendi modum in Theologiā observari: Quæ verborum commutatio sententiarum etiam infermutationem. Neque hic novitatum est finis. Videbimus in decursu majores.

## C A P U T VI.

*Conferuntur inter se Historici, & Anonymi de gratia ratiocinia.*

**I**NDICATA jam præcipuā Jansenismi mutatione, progrediemur ad observandum, quomodo novus in consecrariis sit minimum idem. Atque ut perspicua magis fiant, ac tuta, qua allaturi sumus, opere pretium facturi videamus, si declareremus primum bene, quā de re sermo fit, detegamusque locutiones ambiguas, ex Gratiae nomine nasci frequenter solitas. Quinquagenis circiter vicibus pro molestissimo suo more objicit Anonymus adversario, eumque ridet, quod noluerit, aut non potuerit, aut non sciverit dicere, quid rei esset gra-

tia. *Artificium* vocat, quod nunquam id explicarit. Affirmat aliás, e: ubescere illum deo, III. p. 333, differere. Verùm Opus aduersarii ejus non erat tractatus de gratiā, qui eum cogeret proferre suam sententiam, suumque systema proponere. Erat mera puta enarratio dogmatum, ac doctrinarum S. Scripturarē, & Patrum priorum quinque seculorum de Divinā gratiā, & arbitrio; hoc est, simplex collectio locorum omnium eo pertinentium, nullo alio ferè retento ordine, quām Operum, & temporis. Nil itaque, quod scholas sapit, habere hic locum poterat. Atque ita, cūn opus non esset ut de suo quid intermisceret, dicebat sæpe verbis scripturarē, & Patrum, gratiam esse lumen intellectūs, esse vigorem voluntatis, esse semper necessariam, esse gratuitam; esse donum Dei, esse auxilium Divinum. Atque ista præcipue risu videatur excipere Aonymus, quasi verò id perinde foret, ac nihil dicere. Rideat itaque etiam Apostolum, qui scripsit: *Gratiam invenimus in auxilio opportuno*; item secundūm *donum gratiae Dei*, que data est mihi. Rideat S. Augustinum, qui eam non raro donum, & auxilium appellavit. *Hoc donum Spiritus Sancti est*, quo diffunditur *Cavitas in cordibus nostris*. Atque ita: *Adjuvorium gratiae*, que propriè *gratia nuncupatur*. Rideat D. Thomam, qui, ubi de rebus ad gratiam pertinentibus ex instituto agit, initio facit à consideratione principii exterioris actuum humarorum, hoc est Dei, prout ab ipso per *gratiam adjuvamur ad recte agendum*, quique in quæstionibus subsequentibus perpetuo etiam gratiam vocavit *donum Dei*, *donum supernum*, *donum gratuitum*, *auxilium*, *auxilium Divinum*, *auxilium gratuitum*. S. Augustinus eam in p. 67, quoque vocavit *pluviam voluntiam*, & *gratuitam*, vocavit *spiritum vivificantem*; *vocavit auxilium grande*. *Magnum profectum adjuvorium Divinæ gratie*. Vocavit medicinam, medicinale *Salvatris auxilium*. D. Thomas inter recentissimam vocabula, frequentius vocabulum *auxiliū*, ei tribuit, quām cetera. *Indiget homo auxilio Divino*, ut ab ipso moratur ad bene agendum. Ostendit in capite quodam, quod *prædictum auxilium gratia nominatur*. Vocavit eam insuper *virtutem gratuitam superadditam virtuti naturae*. Vocavit lucem anime: *Gratia est quedam lux anime*. Omnia verò ista Anonymo nostro idem sunt, ac nihil dicere; tritum, atque obsoletum hoc ei idiomam est, est redigere gratiam ad *blieti*, ad *enigma*. Id ipsum imputat sæpenumero, opponens, non exponi præcisam gratiae naturam, sed adhiberi tantum *ambigua gratiae*, *auxiliū*, *doni*, *influxus vocabula*; disputarique de *gratia illa*, de *habitu illo*, de *blieti illo*, quæ quid

Heb. IV.  
Ep. III. 7.

tom. 10.  
col. 112.  
edit. Maur.  
col. 248.

1. 2. q. 109.  
c. 110.  
c. 12. 110.  
c. 102. 203.  
c. 240.

c. 107.  
c. 14.

1. 2. q. 109.  
at. 2.

Cont. gent.  
1. 3. c. 150.  
1. 2. q. 109.

a. 2.

Q. 10. a. 1.  
ibid.

III. p. 183.

III. p. 24.

p. 37.

*quid monstri sint, ipse ignoret.* Nomen in-  
fluxus authorem habet D. Bonaventuram:  
*Quædam influentia procedens à luce supernâ.*  
Hunc virum si audimus, quisquis de gra-  
tiâ disputat, videri possit teneri ad expli-  
candam naturam ejus intimam, ac physi-  
cam. Omnes itaque risus, quos suo ille  
adversario impingit, pariter SS. Patres fe-  
riunt. Offenditur iis speciatim Angelicus,  
quoniam in eâ quæstione, ubi agitur de  
gratiâ Dei, quantum ad ejus essentiam, in  
articulo 1mo scriptis in hæc verba: *Per  
hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere,  
significatur quiddam supernaturale in homine  
à Deo proveniens.*

**II. HISTORICUS** ex SS. Patrum ver-  
bis retulit sæpius, gratiam esse illam, quæ  
unâ nobiscum producit in nobis omnem  
bonam voluntatem; dixit esse illam, sine  
quâ nihil à nobis boni ad salutem condu-  
centis præstari possit. An ista nihil sunt?  
An hoc est, occultare, quæ ipse credit de  
gratiâ? Nonne citavit ex S. Augustino:

*Gratia ejus illuminationem nostram etiam in-  
trinsicus operatur?* nonne citavit: *Quod  
occulte humanis cordibus Divinâ largitatem  
tribuitur?* Nonne citavit sæpius, specia-  
tim, ubi vir sanctus confutat Pelagianos,  
gratiæ nomine legem intelligentes; & non  
inspirationem dilectionis, ut cognita sancto  
amore faciamus, quæ propriè gratia est? Ad-  
duxit hoc dictum in historiâ, adduxit idem  
in responsione, adduxit bis in Confirmatio-  
ne. Quâ igitur fronte poterat asservare  
Anonymous, noluisse malitiosè adversarium  
suum dicere unquam, in quo constat gratia?

Et quomodo poterat dicere prædictam  
ultimam definitionem ab illo abscondi, ac  
repudiari? Non respuitur ab ipso, aut ce-  
latur hæc gratia, sed sophismata quæ sub-  
dole inde deducuntur, ab eo declinantur.

**III. GRATIAM** esse entitatem, quemadmodum sequendo ideas illas philoso-  
phicas, passim creditum est, in totâ hi-  
storiâ Theologiciâ nunquam dictum fuit.

Nihilominus Anonymous, quasi huic ini-  
nitantur omnia, centies eadem objicit, in-  
geminans, ex mente D. Thomæ illam non  
esse creaturam, quæ agere possit in volun-  
tatem. Verum non est hoc, nisi merum  
Sophisma; quia S. Thomas docet, nec  
dæmonem, nec personam ullam, nec vim

externam posse directe, & sufficienter ope-  
rari in voluntate: At non idem pronuncia-  
vit de entitatibus eum in finem à Deo interius producatis. Quin è contrario potius  
docuit, quod, quemadmodum ad volen-  
dum se inclinat voluntas per naturam, sic  
quandoque ex aliquo superaddito, sicut est  
gratia, vel virtus, inclinetur ulterius. An  
forte alterius opus est gratia, quâm Dei?  
Aut aliud per illam, quâm ipse operatur?

operari gratiam, & operari Deum nonne  
idem est? Si ipse immittit nobis inspira-  
tionem de vitâ mutandâ, eamque nos  
amplectimur, an injurii in Deum erimus,  
dicendo hujus inspirationis effectum suis-  
se conversionem? Voca per me eam en-  
titatem, qualitatem, modificationem, nil  
interesset, missa illa est à Deo, ab illo ha-  
buit robur, unde soli illi adscribi debet  
conversio. Summum asserit Anonymus  
absurdum esse, si Deus utatur instrumen-  
tis, quasi indigeret auxilio. Quando igi-  
tur legimus, dixisse eum: *Germinet terra  
in a. Sent.  
berbam virescentem,* intelligemus herbam  
fuisse productam terræ, non Dei virtute?

Nonne ex S. Bonaventura discimus, gra-  
tiâ esse Sp̄ritus Sancti instrumentum ad  
movendum liberum arbitrium? An idcirco  
dicemus non operari Deum à uero? An  
pictor non erit Author verus, atque im-  
mediatus picturæ, quod utatur penicillo? Lepida est oppositio, quod scripture, &  
Patres dicant, *Deum operari velle, quin un-*

*III. p. 26.*

*quam talis doni superni inferant mentionem.*

Quasi qui Deum nominat, non simul etiam  
ejus gratiam intelligat. Quemadmodum  
qui dicit, Deus facit, ut plantæ crescant,  
intelligit pariter pluviam ab ipso immis-  
sam. Consimile est illud aliud hoc loco: *Ecclesiam in orationibus non implorare, nisi  
Divinam operationem, nec unquam orare,  
ut detur nobis hoc donum supernum.* Pa-  
rùm videtur Religiosus hic sacrarum pre-  
cum meminisse. Quoties non oratur Do-  
minus, ut concedat nobis auxilium, subfi-  
diū, adjumentum, donum, quibus voca-  
bus quivis novit, ejus flagitari gratiam. Antiquus atque insignis liber liturgicus  
scriptus charactere majusculo extat inter  
preciosa monumenta Capituli Veronensis,  
inter cuius orationes legere est sequentes.

Videri hinc potest, an donum, & auxilium

gratiæ non à Deo sibi expectat Ecclesia.

*Oſtende nobis Domine misericordiam tuam,  
& ſalutaris tui dona concede. Tribue nos,  
Domine quæſumus, donis tuis liberâ mente  
ſervire, ut puriſcante nos gratiâ tuâ, iisdem,  
quibus famulamur, mysteriis emundemur.*

*Praefla nobis, Domine, quæſumus auxilium  
gratiæ tuæ, ut ſine quâ nihil boni poſſumus,  
eâdem largiente, dignè quæ tua ſunt, & co-  
gitare valeamus, & facere.*

*Lætifica nos Domine, quæſumus consola-  
tionibus tuis; & ut nobis dona Cœlestis gratiæ  
largiari, veniam propitatus impende.*

*Tribue quæſumus Domine Deus noſter, ut  
donis interioribus feruendemur, nè exterioribus  
mereamur egere ſubſiliis.*

*Gratiæ tuam nobis Domine ſemper ad-  
cumulet Divini participatio Sacramenti;* &  
ſuā nō virtute immundano tanit munevis ca-  
paces efficiat. Deus consolator sacrarum mag-

nifice dignitatum, quæsuntus, ut bos famulos tuos, quos ad officium Levitarum vocare dignaris, altaris sancti ministerium tribus sufficienter implere, cunctisque donis gratia redundantes, & fiduciam sibi tuae maiestatis acquirere, & alius prævere facias perfectæ de votionis exemplum!

Tuere Domine plebem tuam! & sacra solemnia recolentem Cœlestis gratiae largitate prosequere, ut visibilibus adjuta solatiis ad invisibilia bona promptius inciteter.

IV. JAM VERÒ quæ est doctrina, quam novi promotor systematis omnibus prædictis definitionibus, gratiaque declarationibus succentur? Non uno de eâ modo loquitur, ideoque adnotabimus primò, ubi affirmat, gratiam esse aut Deum ipsum, aut hominis voluntatem. In maximis paradoxis habet, credere, esse ipsam nescio

<sup>II. p. 9. &</sup> <sup>23.</sup> *quid distincti à Deo largiente, & voluntate eam recipiente.*

Et ubi vidit responderi sibi, non fuisse unquam de entitate quid dictum in historiâ, repetit, si negetur eam esse entitatem, & negetur, quod sit aut Deus, aut voluntas, fore merum bîctri. Alibi: Erat bîctri, ænigma à Deo diversum. Ita nimi-

<sup>p. 34. 42.</sup> <sup>III. p. 188.</sup> <sup>p. 43.</sup> <sup>Conf. p. 40.</sup>

rum loquitur. Responsum fuit in Confirmatione: Bîctri proinde fore gratiam apud Patres omnes græcos, & latinos, quorum nemo unquam docuit, gratiam aut Deum esse, aut voluntatem. Quod unquam Concilium, quis Patrum ita unquam locutus est?

<sup>I. Cor. XV. 10.</sup> Quando dixit S. Paulus: *Gratia ejus in me vacua non fuit; item: Non ego autem, sed gratia Dei mecum, an gratia nomine Deum, an voluntate intelligebat?* Eodem modo, quando S. Jacobus scribit: *Majorem autem dat gratiam, & bunilis autem dat*

<sup>Jac. IV. 6.</sup> <sup>de don. per sev. n. 41.</sup>

*gratiam. Docuit S. Augustinus, quod si dem præveniat gratia, & quod præveniat etiam charitatem; docuitque etiam D. Thomas: Aliquod donum est in nobis, quod præcedit charitatem, & hoc non videtur aliud esse, quam gratia. Donum itaque præveniens conceditur voluntati à Deo, & tunc lud secundum Angelicum aliud quid à Caritate, contra quam semper ponat Anonymus.*

<sup>I. q. 12. 2.</sup> <sup>13.</sup> *Ubi in summâ legitur: Dicendum, quod per gratiam perfectior cognitio deo habetur à nobis, quam per actionem naturalem, non per gratiam intelligi Deus potest, quando sermo est, de re, quam meliorem de Deo cognitionem ingerit; neque potest intelligi voluntas, quando hujusmodi cognitio gratiae ope ab intellectu acquiritur, à voluntate non item. Inquiet fortassis, per voluntatem se intellexisse volitiones, actus liberos; sed hi non infunduntur proximè seu immediatè à Deo, uti ipse profitetur; de quo suo loco. Docuerunt Patres ad unum omnes, gratiam esse vocationem, inspirationem, auxilium, donum; & nemo dixit,*

esse illam aut volitionem nostram, aut ipsum summet Deum. Augustinus docuit, quod occultè humanis cordibus Divinâ largitate tri- <sup>I. 10. p. 739.</sup>

V. ALIO modo loquitur Anonymus de gratia, dicendo, intelligi eo nomine aut operationem, quâ Deus bonum illud nobis praefat, aut bonum ipsum in nobis Divinâ opera-

<sup>I. p. 6.</sup> *tione productum. Atque inde distinguit por-*

*ro gratiam incretam, & creatam; sæpius que affirmando, quod propriæ consistat in ope-*

*ratione, quâ Deus in nobis amore producit, II. p. 10.*

*intelligit præcipue per gratiam operatio-*

*nes Dei increatas; quo fit, ut progredien-*

*do à re de quâ agitur, ad aliam de quâ non agitur, mutetur scena. Quis unquam de gratia & arbitrii libertate disputans,*

*non de lumine, & virtute internâ gratiis à Deo concessâ, sed de aeternâ Dei*

*voluntate intelligerer? Nunquam in totâ retro antiquitate sanctus Pater, nunquam scriptor extitit, qui gratiam hunc in mo-*

*dum declararet? D. Thomas, qui adeò pro-*

*lixè omnes modos, quibus gratia accipitur,*

*tractavit, nè mentionem quidem fecit de ope-*

*ratione increata, déque omnipotente*

*voluntate Dei? Quando in Tridentinâ syn-*

*odo de gratia disputabatur, sancte ex-*

*ponebatur dogma Catholicum, an unquam sermo est habitus de actione Dei increata,*

*aut inventus, qui de eâ interpretaretur gra-*

*tiam excitantem, & adjuvantem, quam do-*

*cuit Concilium? Verum Anonymus ex hac*

*siu definitione eruit, quod cum gratia ip-*

*se fit Deus, non possit impedihi, nec retarda-*

*I. p. 28. II. p. 172. p. 75.* *re. Deus ipse est, proinde huic actioni crea-*

*tura resistere nōquit. Est omnipotens, inimpe-*

*dibilis, insuperabilis, quemadmodum ipse Deus.*

*Magnam ipsi habebunt gratiam hetero-*

*xi. Primum utique in Jordracenâ synodo*

*fuisset locum occupatus. Ex adverso,*

*quando asserit, per gratiam intelligi effec-*

*tum, & bonum in nobis à Deo productum,*

*concordat cum communi sententiâ fide-*

*lium: At neutiquam concordat sensus, quo*

*iste effectus sæpius ab ipso explicatur. Af-*

*firms, gratiam esse donum Cœlestis illius sa-*

*pientiae, quâ virtutes continentur omnes, &*

*esse donum virtutum omnium salutarium.*

*Quis audivit unquam ita definiri gratiam,*

*ubi de ipsa & libero arbitrio agitur? Quan-*

*do unquam ita locutus est Augustinus, ubi*

*gratiam extulit? Janseniani antiqui nun-*

*quam tot laudibus ornârunt delectationem*

*suam vietricem, ex quo satis liquet, à sys-*

*temate novo longè superari antiquum.*

*Quis relinqueretur locus ad posse resistere,*

*& ad posse oppositum, & quod nostrum*

*foret meritum, si gratia quam nobis largi-*

*tur Deus, afferret secum sapientiam Cœ-*

*lestem, omnibusque nos salutaribus com-*

*pleret virtutibus? Porest esse in peccatore*

*fides,*

fides, quando non est in ipso gratia: Distinguitur itaque virtus à gratiâ.

NON omittere hoc loco debemus monere, non esse nos hoc in opusculo processuros more scholastico, quod ut fieret, oporteret enucleare systema adversarii, ostenderéque quomodo singulæ ejus partes cuicunque scholæ repugnent Catholicæ; conveniret quoque ex eis principiis illud impugnare, ostendendo, quomodo secundum hoc actus nostri certè non sint liberi, ruatque doctrina Ecclesiæ, & Concilii Tridentini. Verùm hoc prolixiorum, diffusiorumque multò redderet, quam qui expeditè hic scribit, sibi præfixit, ideam. Caterū data hic fuit opera, ut licet non methodicè, tamen quæ alicujus momenti essent, colligerentur omnia.

## CAPUT VII.

*Animadversiones ad dissolvendas vocum ambiguitates.*

NOMEN gratiæ tot modis, & sensibus usurpatur, ut facilimè inde nasci possit verborum ambiguitas, ac perturbatio. Ad nostrum quidem institutum quantum attinet, inutile prorsus fore, revocare in memoriam Anonymi exemplo; gratia Divinæ nomine venire nativitatem, sanitatem, opes, vitam eternam, bonam educationem, dotes ingenii; atque in eâ non convenire D. Augustini definitionem. Quemadmodum itidem ab instituto alienum estquiritare, quod sœpe ipse facit, nec in Historiâ, nec in Confirmatione præmissis authorem, & declarasse, de quâ agat gratiâ, id quod ex solo titulo, uti & alius omnibus de gratiâ & arbitrio scribentibus accidit, abunde omnes intellexere. Itaque ad ponenda in aprico integumenta, ac palliola, quæ à novo texuntur systemate, ad declarandas quoque varias species, aut proprietates Divinæ gratiæ huc spectantes initium ducemus ab ejus divisione præcipuâ, ac gravissimâ. Dividitur igitur gratia in *justificantem*, quæ alio etiam nomine fanans, sanctificans, & gratum faciens, dicitur, de quâ Apostolus:

Rom. III. 24. *Justificati gratis per gratiam ipsius, & in adjuvantem, quæ appellari itidem potest movens, inspirans, bona volitiones producens. Per primam dicitur homo esse in gratiâ Dei, per alteram impelli ad operandum secundum Dei voluntatem. D. Thomas:*

i. 2. qu. *Gratia dupliciter potest intelligi: Uno modo Di-*

III. 2. *vinum auxilium, quo nos mouet ad bene volendum, & agendum; alio modo habituale do-*

qu. 112. *nun nobis Divinitus inditum. Pariter: Gra-*

a. 2. *tia dicitur dupliciter; quandoque ipsum habi-*

tuale donum Dei, quandoque auxilium Dei moventis animam ad bonum. Accidit non raro, ut ob affinitatem effectuum utriusque hujus gratiæ accipiatur de unâ id, quod

D. Thomas speciatim intelligit de alterâ; idque vel eò magis, quod de utrâque iisdem sœpe vocabulis loquatur, ut cùm ait Angelicus: *Dupliciter ex gratiâ Dei vo-* 1. 2. qu.  
*luntate homo adjuvatur. Advertendum dili-* 110. 2. 2.  
*genter est, quod quando dicitur infundere,*  
*sermo sit de dono habituali, quod animæ ibid.*  
*infunditur, non de auxilio propriè accepto,*  
*cujus effectus non est qualitas, sed motu qui-*  
*dam animæ. Advertis vir sanctus in dispu-*  
*tatis quod communiter loquentes utantur no-* DeVer. qu.  
*mine gratiæ pro aliquo dono habituali justifi-* 24. 2. 14.  
*cante. De adjuvante autem intelligit S. Au-*  
*gustinus, quando ait: *Jubet ut facias, sed* tom. 5. c.  
*ipse dat vires, ut, quod jubet impleri possit.** 162.

II. ALIA gratia est illa, quæ quasi avrovæ mæs vocatur *gratis data*. Enumerat S. Paulus sic dicta in primâ ad Corinthios: Aliis sermo sapientie, aliis sermo scientiæ, aliis 1 Cor. XII. virtutum, aliis prophetia conceditur. Ange- 8.  
lius: Secundum hoc igitur duplex est gratia: Una quidem, per quam ipse homo Deo conjungitur, quæ vocatur *gratia gratum faciens*: *Alia vero per quam unus homo cooperatur al-* 1. 2. qu.  
*teri ad hoc, quod ad Deum reducatur.*

III. CONFUNDIT hæc omnia Anonymus, quando de amore inspirato ut lex pos- fit observari, (hoc est de gratiâ adjuvante) intelligit tñ quiddam supernaturale in homine à Deo proveniens, & qualitatem illam animæ, quæ omnia S. Thomas dixit de gratiâ gratum faciente. Abs re itaque adducit, non intendere D. Thomam impugnare Augustinum, eam definientem: *Inspiratio dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus*. Hanc enim definitionem dedit S. Augustinus gratiæ adjuvantis, non gratiæ quæ ani- mæ qualitas est; unde ruit tota illa strues, quam deinde molitur, permiscens rem unam cum aliâ. Omnia itidem confundit Anonymus, quando credit, ipsum questionem hanc: *An gratia sit aliquid creatum pos- tivum in animâ agitare de gratiâ adjuvante,* De verit. qu. 27. a. 2.  
*quando eam agitat de gratum faciente, ut* est manifestum; magisque confundit, ubi vult, intelligi per eam debere Deum ipsum; III. p. 133.  
*item cùm ponit formam accidentalem ipsius* qu. 110. 2.  
*animæ vocari ibidem à Sancto gratiam ad-*  
*juvantem, ubi de eâ differit, cuius virtute*  
*anima imperfictè participat Divinam bonitatem.* In majores adhuc confusiones sece im-  
*plicat, in progressu. Angelicus, docet: No-*  
*men gratiæ dupliciter consuevit accipi: Uno*  
*modo pro aliquo, quod gratis datur; & alio*  
*modo pro acceptatione, quâ aliquid ab alio*  
*acceptatur. Paulò post: Sic & in Divinis du-*  
*plicem gratiam dicimus, quarum una dicitur*  
*gratia gratis data, ut donum prophetæ, &*  
*sapientæ, & bùjusmodi, de quâ nunc non que-*  
*ritur, quia constat bùjusmodi esse aliquid crea-*  
*tum in animâ. Alia vero dicitur gratia gra-*  
*tum faciens, secundum quam dicitur homo Deo*

F ff

acceptus, de quā nunc loquimur. Anonymus perperam legit: *Creatum in animo, & p-*  
III. p. 134. *rus exponit, ut sunt: Intelligere, consentire, amare, credere, sperare; quoniam gratis datae non sunt iste, sed sapientia, prophe-*  
*tia, & similes. Cūm adjungit postea vir sanctus, gratum facientem ponere aliquid in Deo, nim̄lrum actum Divinæ voluntatis,*  
p. 135. *qua carum habet hujusmodi hominem, deducere vult inde, quod igitur gratia, que tamen est adjuvans, sit increata, significet que voluntatem Dei. Quae sodes consecutio? Quod ratiocinium? Imponit demum operi coronidem, referendo ex qu. 90. id, quod est in 110; omniāque mutando, ac perturbando. Sanctus ita loquitur: Secundum communem modum loquendi tripliciter gratia accipi consuevit, hoc est pro dilectione alicuius, pro dono gratis dato, & pro compensatione gratuiti cuiusdam beneficii. Conclusio hæc est: Sic igitur per hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quoddam (sic scribit) supernaturale in homine à Deo proveniens. Verum Anonymus opinatur & hic sermonem esse de gratia adjuvante, & exponit rō quiddam supernaturale significare, quod voluntas, seu operatio Dei producat in voluntate creatā donum gratuitum fidei, spei, & Caritatis. An major errorum congeri cumulus possit, judicium esto penes Theologos.*

IV. OPPORTUNUM modò fuerit, observare, relatas hic esse divisiones omnes, ac distinctiones gratiæ, quæ quidem habentur in S. Thomâ, ubi ex instituto, atque ita diffusè agit de gratiâ. Anonymus omnes neglit, & aliam solummodo scepissimè inde decantat, qualem Sanctus protulit ὡς ἐν παρόδῳ, ubi agit de unione hypostaticâ, inquirens an naturæ humanæ cum Divinâ conjunctio acciderit per gratiam. Responder affirmando; quia indiget humana natura gratuitâ Dei voluntate ad hoc, quod elevetur in Deum. Ad ritè igitur inculcandum, quod id merâ accidenter gratiâ, ait: *Gratia dupli-*  
P. 3. qu. 2. a. 10. *citer dicitur, uno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis, alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Ideoque si gratia accipiat ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciens, vel gratum, seu acceptum aliquem habens, unio incarnationis facta est per gratiam. At si gratia dicitur donum Dei, potest dici gratia, in quantum natura humana sicut eō evēcta, nullo præcedente merito; non verò quasi intervenierit habitualis gratia. An ex hoc loco S. Thomæ evincatur, gratiam, quam Deus nobis concedit ad non peccandum, & bene & cum merito operandum, (quippe de hac, non de aliâ, hâc in controversiâ agitur) consistere in operatione omnipotente voluntatis Divinæ, ideoque esse inimpedibilem, atque insuperabilem, eamque ita hoc*

pertinere, uti perpetuò repetendo Anonymus celebrat, jactatique, judicet, quisquis haec legit. Profitetur eidem, non vocare se omnipotentem, Dei voluntatem gratiam illam, quam ipse largitur: Verum si hæc juxta ipsum ab omnipotente pender actione, & cum omnipotentia confertur, quomodo non erit omnipotens? En denique ratiocinii sui clausulam: *Quando Dei voluntas concedit, non conceditur.* Huic autem effato quis sciet respondere? In summa, viginti infumit, ac illinit paginas, quas ut legat Maffeus, vix credibile est ipsum à se imperatrur. Saltat sœpius huc, illuc, atque extra chorū, attingit, & relinquit, extruit, & destruit: Verumtò ejus robur in eo positum est, ut identidem regerat, adversarium suum, esse meras nugas, meras ineptias, nec scire, quid loquatur. Hic se retulisse putat victoriam, plaudensque excedit arenâ. Post plura extra rem allata, ait, quod licet S. Thomas in loco, de quo agitur, loquatur de incarnatione, id non impedit, quominus in aliis etiam operationibus voluntas Divina sit omnipotens. Verum quid amabo ista ad unionem quæ duas inter naturas gratuitò coailit? Äquè parum huc faciunt, quæ ad finem usque conglomerat. Cui igitur bono hi confutarentur errores? Sat supérque confutati sunt in loco.

V. QUID jam dicemus de eo, quod refutet sœpenumero Anonymus gratiam prævenientem, comitantem, cooperantem, consequentem, efficacem, sufficientem? Epitheta I. p. 174. vocat ista. Non juvat, quod dicat aliquando, posse hæc gratia imponi nomina, ne garéque solummodo se genus illud gratiæ III. p. 174. prævenientis, operantis, cooperantis, quæ sibi III. p. 172. imaginantur scholæ secundum præjudicia Philosophie cuiusdam paganæ, nec scunt dicere, in quo consistat. Idem dici se velle de nominibus gratiæ sufficientis, & efficacis; quæ admittere nomina non reculer, modo de significatu obsoleti hujus idiomatis conveniat. Non admittere, nisi nomina, est eorum negare significationem, estque refragari omnibus illis, qui & nomina hæc, & significationem docuere. Doctrinas forte paganas sectatus est Augustinus, quando scripsit: *Prævenit* tom. 10. p. 142. autem, ut sanemur, quia (f. quin) & subsequetur, ut etiam sanari vegetemur: *Prævenit*, ut vocemur &c. utrumque enim scriptum est: *Misericordia ejus præveniet me, & misericordia tua subsequetur me.* Alibi: *Bonum propositum, quod consequens adjuvat gratia.* D. Thomas duo insum t capita, ut ostendat, gratiam convenienter dividì per operantem, & cooperantem; itidem in prævenientem, & consequentem, quæ diversitates intelliguntur per effectum. Præveniens, & operans dicitur primus ille impulsus, qui provenit à Deo vocante, quo anima non

movet, sed movetur. Consequens, & cooperans est gratia, quando ad actionem proceditur, & nos una cum ipsa operamur.

Aug. de gr. & lib. arb. n. 33. Cooperando perficit, quod operando incipit:

Quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus sine nobis operatur, cum autem volamus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur.

I. 2. qu. III. 2. 3. Angelicus: Gratia secundum

quod causat in nobis primum effectum, vocatur præveniens respectu secundi effectus, & prout causat in nobis secundum, vocatur subsequens respectu primi. Hujusmodi gratias Anonymous dexterè explodit, ridetque pluribus locis, ut indicatum fuit in responsione, & confirmatione: Sed, quod plus est, sistema ejus essaliter ac necessariò eas rejicit, ac respuit; quia si graria consultat in omnipotente operatione Dei, sique omnes nobis virtutes salutares infundat, quem amplius locum habebit prima, & secunda, item ea quæ quandoque tantum prævenit, & quæ tantum cooperatur. Hinc sit, ut quemadmodum eas non admittit, ita nec intelligat, nec cognoscat, unde quando de iis disputat, aberrat, ac hallucinatur. Existimat esse creditas quædam entitularas. Entitula quædam, ne scio quid, quod gratiam primam passim vocat. Vocat proinde eas commentarius, & spurias entitates accidentarias.

L. p. 22. 24. Ridet hanc de causâ vehementer Muratorium: Entitatula, quæ appellatur gratia secunda, & concomitans.

VI. Sed lepidissimum est, quod existimet eas admissas à Pelagio. Affirmat, professum suis ipsum omnino prævenientem illum gratiam, quæ excitat interior & dat posse. Affirmatque id illo ipso tempore, quo adducit, quomodo prædicarit Pelagius, excitare Deum voluntatem priorum pollicitatione, aliisque hujusmodi mediis; quasi ejusdem etiam generis foret interior gratia Catholicæ excitatio; & quasi potestas naturalis admissa ab ipso, eadem esset, quæ infusa à Deo. Credit insuper Anonymous, prævenientem à Catholicis adoptatam facere ut operemur, quando, si pressè loquimur, id efficiat potius consequens, cum prima non sit, nisi vocatio, quemadmodum eandem appellavit Concilium. Hinc in ista

Sess. 6. c. 5. 110. p. 444. I. 2. qu. III. 2. 2. solus operatur Deus. S. Augustinus ait: In uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit. D. Thomas: In illo ergo effectu, in quo mens nostra est mota, & non moveens, solus autem Deus moveens, operatio Deo attribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans: In illo autem effectu, in quo mens nostra & movet, & movetur, operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animæ, & se-

cundum hoc dicitur gratia cooperans. Hæc sequens documenta tradidit Massejus in historiâ Theologicâ, solum operari Deum in ill. p. 396.

præveniente & operante, dum contra in secundum unà nobiscum operatur. His bene dignetur advertere lector, & cognoscere, quantum paretur Anonymus, & in quam pudenda impingere deliria necesse sit eum, qui dogmata impugnat Catholicæ. Ad verba prædicta: Cum illa operatur solus Deus, dum contra per secundam unà nobiscum operatur, hanc notam appingit: Ergo juxta hujus Theologi mentem cum Deus operatur in nobis velle, ipse solus operatur, & nostra voluntas mere passim se habet. Respondeant SS. Augustinus, & Thomas, qui hinc directè impugnantur. Sic in apologia. Sequeretur II. p. 54.

inde, quod, quando Deus operatur in nobis vel-

le, quando Spiritus Sanctus diffundit charita-

tem voluntas mere passim se habet. En fruc-

tuum eorum, qui non admittunt, nec intel-

ligunt doctrinam Catholicam, & scholasti-

cam, qua gratiam prævenientem à subse-

quente distinguit. Supervacaneum est re-

fellere errores, quos adjungit; cujusmodi

esset, ubi negat solum operari Deum in gra-

tia præveniente, & ubi inferri ex verbis ejus

posset, inutilem esse motionem primam,

quæ à Deo excitatur voluntas. Mira est an-

tilogia, quæ suum ipse hoc in paragrapho

systema convellit. Interim afferendo, ad-

versarium suum loqui, quin intelligat verba,

quæ pronunciat, neque adferre quidquam

præter calumnias, gerras, & textus mutilos,

omni medetur vulnus, & canit victoriæ.

VII. OBSERVATUM fuit, esse nonnullos, qui quia profitentur favere se gratiae

per se efficaci, & farali quodam occupati

præjudicio, nec justâ systematis novi idæ

imbuti sibi persuadent, esse in hæc senten-

tiâ Anonymous, partibus ejus nè lectis qui-

dem ejus libris, studere videntur. His ig-

nitur, ut à tanto revocentur errore, agnos-

cantque quibus gratiam efficacem scriptor

iste ornet laudibus, exhibeantur hinc ejus

verba, ubi monet nolle authorem se esse

aliis, ut utantur antiquato, obsoletoque Catho-

licorum illorum idiomate, qui loquuntur de se-

curitate, & infallibilitate actuum ex gratiae

efficaci virtute, propterea quod eodem utan-

tur idiomate non Janeniani modò, verum

etiam Calviniani; qui in conventu Dortrace-

no Remonstrantum propositiones damnantes

aliud non spectarint, quād collocare in solio

gratiam efficacem. Dixerat jamtum in An-

madversionibus: Protestantes sibi laudi præ-

cipue vertant, quod parcoinum suscipiant

gratiae efficacis, quam vocant cor. & basin re-

ligionis; ut ipsi buccinant, reformatæ.

## C A P U T V I I I .

Ostendit *incipit*, quo pacto secundus hic  
Jansenismus sit idem in consecutariis,  
qui primus, si non eodem pejor.

**I**N SPECTA jam principii fundamentalis  
fecte hujus mutatione, elucidatisque  
multis vocabulis ambiguis, quae in mate-  
riâ de gratiâ facile fraudi esse possunt, ad  
intimam novi systematis rimandam natu-  
ram gradum faciemus. Unam præmitti  
animadversionem consultum fuerit, nimi-  
rum, post Tridentinam synodum, quae ples-  
nè declaravit, sancteque definitivit dogma  
de gratiâ & arbitrio, nunquam defuisse,  
qui cuperet materiam hanc recoquere, co-  
nareturque alii obmotis difficultatibus, in-  
vectisque novis loquendi, sensaque expli-  
candi modis falsas fucare opiniones, con-  
demnatique errores clandestinis artibus  
quoad rei summam denuo inducere. Vidi-  
mus id ipsum in Bajo, deinde in Jansenio,  
ac postmodum in Quesnello, & nolint su-  
peri, ut non idem aliquando dici necessum  
sit de Anonymo, qui tanto connitur fu-  
rore, sensus, quibus ubique terrarum lo-  
cuti fuerunt Catholici, turbare, ac confun-  
dere. Damnavit palam Ecclesia dicentes,  
gratiam esse operationem manûs Dei om-  
nipotentis, quae nec impediri possit, nec  
retardari, & dicentes, gratiam esse voluntat-  
em Dei omnipotentis, jubentis, & quod  
jubet, etiam facientis. Jam verò cui bono  
speculando deprehendisse, posse sensum  
aliquem affungi gratiæ, quo verè dici pos-  
sit omnipotens, & verè talis, aut nec im-  
pediri possit, nec retardari? Faciamus ita  
esse, qui fructus, aut quod emolumen-  
tum ex cuiusmodi capitulare speculacione? An id  
circum credi oportebit, theses illas injuria  
fuisse damnatas? Si boni sensus capaces sint,  
non eas hoc eodem author protulerit, ne-  
que eodem fuerint proscriptæ. An idcir-  
co fas erat dicere Anonymo de quâdam  
scandali plenissimâ, non esse eam improban-  
dam, posseque referri inter capita fidei?

**II.** VERBA ejus in postremo hoc libro  
sunt ista: *Anonymus* perpetuò repert ea, quæ  
in *Defensione* leguntur, nimirum, vocabulum  
operatio posse significare voluntatem, seu actio-  
nem Dei, quo sensu decima Quesnelli: *Gratia*  
est operatio manûs omnipotentis Dei, quam ni-  
bil impedit potest, aut retardare, effet inter si-  
dei canones referenda. Vocabulum *operatio*  
significat abs dubio hic idem, quod *actio*;  
unde si ex eo pendeat, quod propositio  
Quesnelli sit canon fidei, sine dubio juxta  
ipsum erit talis. Affirmat insuper ridiculè,  
prohibitionem, nè definitiatur gratia operatio  
omnipotens, aut omnipotens Dei voluntas, esse  
III. p. 36. Decretum ab adversario suo somniatum. At  
quinque propositiones anathemate percul-

sæ, quæ recitatæ sunt capite quinto, aliud  
reaple non continent, ut patebit cuivis le-  
genti; quique id inficiatur, sibi ipsi glau-  
coma videtur velle objicere. Poterat etiam  
redigi in memoriam vigesima secunda: *Con-  
cordia omnipotentis operationis Dei in corde  
homini cum libero ipius voluntatis consensu*  
&c. Ex quo vides novum systema sex pro-  
positionibus à Clemente XI<sup>mo</sup> fulmine ic-  
tis inniti.

**III.** AT quam demum ob causam hæ-  
ticum habitum fuit veterum Jansenianorum  
principium, quod nimirum gratia con-  
sistat in delectatione viætrice, eaque inde-  
liberata? Quare judicatum fuit, everti per  
eam liberum arbitrium? Non alio profec-  
tò ex capite, nisi quia, cum omnem ipsa  
rationis usum præverteret, determinata per  
eam foret voluntas, ante quam posset deli-  
berare, & quin se posset opponere? Jam  
verò nonne evidens est, eventurum idem,  
si gratia foret actio omnipotens, & neces-  
sitans, uti Janseniani novi contendunt? Si  
Deus ad hoc ut nos faceret credere, & fa-  
ceret amare, uteretur absoluta suâ omni-  
potentiâ, quo pacto relinquetur voluntati  
facultas ad oppositum?

**IV.** R E P E T I T centenis facilè vicibus Ano-  
nymus, destrui arbitrium ab omni necessitate  
antecedente; neque esse necessitatem abso-  
lutam, nisi illam, quæ sit naturalis, aut ante-  
cedens; quæ duæ necessitates sint solæ illæ, qui-  
bus subvertatur libertas voluntati propria, at-  
que essentialis. Quis verò dicet, non anteci-  
dere pariter electionem, omnemque vo-  
luntatis consensum operationem illam, quâ  
nobis confertur à Deo gratia præveniens?  
An erit, qui possit orthodoxè dicere præ-  
verti eam à voluntate? An erit, qui dice-  
re possit præcedere aliquid gratuitam be-  
nignissimi Dei actionem? En igitur mani-  
festè, quomodo, si actio dantis gratiam agit  
in voluntatem cum omnipotentiâ, maneat  
voluntas vi antecedente corrupta, ac con-  
stricta, cùmque dissentire nequeat, omne  
ejus evanescat meritum, indéqué, fatente  
etiam, velit, nolit adversario, sequatur de-  
struendam libertatem voluntati propriam, at-  
que essentialem. De Calvinianis sic loquitur:  
III. p. 185. Quantumvis negent necessitatem naturalem,  
volunt tamè ad malum perinde, atque ad bo-  
num determinari voluntatem à necessitate libe-  
rum voluntatis consensum antecedente. Quod  
si verò hic vel ipso fatente, Calvinismus  
est, quidni & tale dogma ipsius erit? Si  
quidem ex unâ parte statuit: *Actioni seu* I. p. 156.  
*voluntati, quâ Deus amorem suum inspirat,*  
*voluntatem resistere posse, impium esse cogita-  
re;* ex alia verò non nisi ab hæreticis nega-  
ri potest, hujusmodi actionem non antece-  
dere omnem voluntatis consensum; quæ  
ad hoc, ut se moveat, moveri à Deo de-

beat, & quæ non modò non præcedere, verùm etiam gratiâ bonum salutare an-  
tregressâ consentire posset. En in quām aper-  
tas, lucēque meridianâ clariores incidere  
antilogias finat Deus eum, qui contendit  
scholas omnes Catholicas corriger, cuique  
solemnè est convitiis proscindere, horren-  
dumque in modum fugillare proximum.

V. *Quod defensa à novo systemate  
necessitas sit antecedens, tollatque omnem  
facultatem ad oppositum manifestum est  
vel ex consequentiâ, quam nasci ajunt in  
homine per omnipotentem Dei actionem.  
Secundum illos conferri à Deo gratiam  
idem est, quod redigi eam in actu ab  
homine. Loquitur Sæpius Anonymus de  
insuperabili necessitate amandi, & credendi,  
nascente, quando *Spiritus Sanctus* amorem, &  
fides infundit.*

III. p. 192.

I. p. 28. te: Actioni, quâ Deus in nobis fidem, amo-  
rem sibi, reliquaque virtutes infundit, volun-  
tas nostra resistere nequit. Involvit itaque  
Divina hæc actio nostram, siquidem Sæ-  
pius iterum repeat: *Infundente nobis amo-  
rem suum Spiritu Sancto, non posse non fieri,  
quoniam voluntas amet, & credit.* Credit igi-  
tur homo, & amat, quia necessitas insu-  
perabilis, & vis omnipotens ante omnem  
eius determinationem eum ad amandum,  
credendumque compellunt. Hoc enimve-  
rò est fundamentum novi systematis. An  
Lutherus, & Calvinus nihil plus unquam  
affirmarint, dicere is demum poterit, qui  
eorum lexitavit scripta.

VI. Non est materia, in quâ fraus &  
fucus fieri facilius possit homini his in stu-  
diis non exercitato. Insolens ac paradoxum  
videbitur vulgo, quod si Deus quid infun-  
dat, non sit necessarium id haberi. Ve-  
rūm hic imponitur ex falso hypothesi: Quia  
Deus non inspirat virtutes, nec bonum vi-  
nitatâ & absolutâ, neque ita unquam,  
ut arbitrio repugnare non sit integrum,  
aut quando consilium præberet, non ha-  
beat meritum. At inquit, quando Deus  
moveret animam, possibile non est, eam  
non moveri. Posito, quod Deus eam mo-  
veat, certissimè moveretur: Verūm nun-  
quam ipsum eo movere modo, ut ejus con-  
fensus ad motum non liberè concurrat; li-  
berè inquam; quia ei non tollitur facultas  
ad oppositum. *Sic Deus ipsum movere, quod non  
ex necessitate ad unum determinet.* Dicent:  
I. 2. q. 10.  
8. 4.

Nonne posset eam Deus movere absolute,  
& per se? Posset utique, at non vult; quo-  
niam infinita ejus sapientia decrevit, etiam

liberam hominis voluntatem pro salute  
suâ conferre quid debere, posséque & af-  
sentiri, & dissentire; ideoque hanc ei po-  
testatem nunquam tollit.

VII. *OMNIPOTENTIA Divinæ, quæ  
secundum novum sistema ingreditur na-  
turam gratiæ, nulla prorsus reperitur men-  
tio in tot definitionibus, ac descriptioni-  
bus, olim de gratiâ prolatis. S. Augusti-  
nus, qui primas hâc in re tenuit, totque  
conscriptis de eâ volumina, nunquam in  
eam illigavit omnipotentiam. D. Thomas,  
qui adeo diffusè de eâ differuit, non ei  
omnipotentiam admisit, neque ullo eam  
paeto voluit ex operatione omnipotente  
pendere. S. Hieronymus tantum ab istâ  
opinione absuit, ut scripsiter commenta-  
rio in Genesin, vocare Deum, sed suam  
illum potentiam nostro permittere ar-  
bitrio. Dei vocare est; & nostrum credere;*

tom. 4.  
(f. impotens) Deus est: sed potentiam suam  
nistro derelinquit arbitrio, ut justi voluntas  
præmium consequtatur.

Quâ igitur authori-  
tate novam, atque ita contrariam quis au-  
fit definitionem introducere? Epitheton  
omnipotens semel duntaxat invenire potuit  
Anonymus, datum semel gratiæ poeticè  
à D. Prospero in versibus. Verūm D. Prosp-  
eri sententia non ex hoc epitheto, ve-  
rūm ex ejus tractatu de gratiâ in favorem  
S. Augustini composito colligenda est. Do-  
cet in eo, magnam partem hominum re-  
pellere gratiam Servatoris, aut negligere.

Quamvis, inquit, magna pars hominum ed Paris:  
gratiam aut repellat, aut negligat. Docet, 1711. p. 60;  
multorum perversitate accidere, ut gratia  
ab ipsis respiciatur: *Quod à multis refutatur,  
ipsorum est nequitie.* Vide sis, an existima-  
rit ipse, concessionem gratiæ esse volun-  
tam omnipotentem, & infusionem, quæ  
repelli non possit, pérque eam necessariè  
credere voluntatem, & amare.

VERBO: Manifestissimum est, quod, ta-  
meti revocare gratiam ad delectationem  
indeliberalam, diversum sit principium ab  
eo, quo ad actionem omnipotentem re-  
ducitur, consecratio tamen esse prorsus ea-  
dem, atque utroque modo ex aequo ar-  
bitrii libertatem destrui; inductâ in ho-  
minem necessitate, quæ eum ante, quām  
ipse deliberet, determinet, omnémque  
eripiāt ad oppositum facultatem.

## CAPUT IX.

*Systema novum aperte afferit gratiam  
esse insuperabilem, atque inferre  
necessitatem.*

CANDORIS, perspicuitatisque laus Jan-  
senismo praesenti negari non potest.  
Exulare demum jussæ sunt astutiae & cal-

lidae; obscuræque propositionum transmutationes, quæs mens ac finis obtegebatur. Decantat Anonymus noster sonoris tibiis, gratiam esse insuperabilem, & necessitatem. *Id* nimurum significatur ex ipsius mente, vocabulo: *omnipotens*. En tibi, cur condemnatione penit non habitat in eo roti sint, ut defendant, gratiam esse operationem Dei omnipotentem.

II. Quis verò in regione unquam Catholicā insuperabilem hoc modo appellari gratiam audivit? Defensores gratiæ per se efficacis docuerunt semper, quamvis infallibiliter illa effectum fortiatur, neque unquam repugnet voluntas, salvare nihilominus libertatem ex eo, quod posset repugnare; quod idem valet, ac: Non superari quidem gratiam, non esse tamen insuperabilem. Communis semper scholarum Catholicarum pro gratiæ efficacia maximè militantium fuit opinio: *Gratiam per se efficacem ita regere voluntatem, ut vim,*

20th. I. p.  
107. ed.  
Col.

tom. 6. p.  
267.

III. p. 42.

Quodl. I.  
q. 4. a. 7.  
ad 2.

cam. Locum hunc esse, *mutilum*, *mutila*  
III. p. 42. *tum*, *truncum*, *truncatum*, & contextum  
sensum efficere contrarium. Recitemus  
itaque ipsum fusiūs, quoniam sic illustra-  
bit, declarabitque multò melius senten-  
tiam, cuius gratiā in Confirmatione adduc-  
tus fuit. *Deus movet omnia secundūm modum*  
*eorum*, & ideo *Divina motio à quibusdam*  
*participatur cum necessitate, à naturā autem*  
*rationali cum libertate*, propterea *hoc*, quā  
*virtus rationalis se habet ad oppositā*: Et ideo  
sic Deus movet mentem humānam ad bonum,  
ut tamen possit huic motioni resistere. Moveret  
Deus mentem nostram ad bonum, at eō  
modo, ut ejus motioni mens possit resis-  
tere, quia moveret causas congruentēs eo-

rum naturæ, ideoque alias cum necessitate, at naturam rationalem cum libertate, propterea quod facultas rationalis non sit determinata ad unum, sed possit utrumque, hoc est res sibi oppositas. Ecce, quomodo vir sanctus adferat etiam rationem, cur mens possit resistere. Poterit hic textus esse specimenis loco, ad intelligendum, quam veritate repeatet perpetuam Anonymus, loca ab Historico adducta esse inique muriata, ideoque corrupta, atque adulterata. Idem in singulis ostendere res foret molestiae incredibilis: Qui tamen conferre inter se loca gravatus non fuerit, idem semper deprehendet. Contra disserum aded effatum Angelici, quod nimurum possimus *buic motioni resistere*, non dubitat dicere Anonymus *resistere motioni* non fore aliud, quam *Deum superare*; positâ quippe semper falsâ illâ hypothesi, quod moveat Deus omnipotentia absoluta, & repugnandi abeat potestatem.

III. AT contra eandem autoritatem post plura ἀπροσδίνωσα, communiscitur, voluisse S. Thomam, quando dixit, posse motioni resisti, significare, posse mentem humanam resistere motioni moti, non ventis. Verum enim verò nonne de Dei moventis motione loquitur D. Thomas, cùm ait: *Deus moveret*, & post: *Hic motioni?* Quis frigidiora unquam vidit sophismata, quis putida magis, atque insulsa? Affirmat Anonymus, *motionem moti* (sermo profecto inconditus, atque insanus, cùm moti non sit mouere) *congruere cum doctrinâ Aristotelis*; qui in sex libris ex octo illis phyticorum nullâ de re plura docuit, quâm de motu, at eum in modum locutus est nunquam. Potestne certus reddi è versione, aut præsto habere virum, qui motus pietate græcum ei textum exponat? Eadem rufus chordâ oberrat, alio dicens loco, *motio moti verba esse Angelici*, qui pariter eo modo locutus est nunquam; sed dicit: *Altus movensis in moto est motus*; quia in moto est motus, non motio, seu actio movendi. Pronunciat etiam Adversarius, in decimâ Quesnelli Bullam non accipere tò operatio activè; somniatque intelligere id Quesnellum passivè; hoc est, prout est mo- p. 179.

*tio mortis. Unde si audimus Anonymum,  
Gratia est operatio manūs Dei, non significat,  
est operatio manūs Divinæ, sed est motio  
moti; & hæc verba significant delectatio-  
nem indelibetam. Atque ideo propositio  
sunt damnata. Superi boni! ubi terrarum  
sumus? Quæ non hodie monstra in im-  
pressis legere, quæ non à Theologiam pro-  
farentibus audire cogimur! Atque ut ad rō  
insuperabile revertamur, an pro nihil etiam  
ducemus S. Scripturam? Vocavi, & re-  
misis. Vos semper Spiritu Sancto reflisis.  
Verbum*

*Verbum Dei repellit.* His omnibus insu-

III. p. 27. per habitis Anonymus: *Hujusmodi actionem, operationem, seu voluntatem Dei esse efficacissinam, & insuperabilem.* Et si ipsius effato statim, demonstrat esse Canonem fidei.

nymus ex adverso: *Ubi necessitas, nec corona est;* & S. Augustinus in hoc effatum: *In t. 10 p. 161.*

*recte faciendo nullum est vinculum necessitatis,* t. 1. p. 757.

IV. VERUM non tantum insuperabile, atque inimpedibile, sed ut melius percipiatur, necessitanter etiam vocat gratiam Anonymus. Posset equidem vocabulum insuperabile in alio sensu à quodam usurpari. Sed postquam adversarius suus scripsit in responsione, quod, qui gratia trahitur, veniat cum merito, ideoque gratia vim non inferat, refellit hoc dictum Anonymus, ac-

II. p. 29. serens, nolle se imponere lectori vocabulis ambiguis; gratiam, sive veniat hoc nomine actio Dei, sive bonum in nobis per Divinam actionem productum, utramque esse necessitantem necessitate hypotheticā. Adjectio autem vociæ: Hypotheticā quomodo adhuc clarius ejusdem antegressionem prodat, ostendetur suo loco. Epithetum autem hoc non oblat, quominus eam esse declarat necessitatē insuperabilem.

III. p. 183. Credit fortassis teli se ictum declinaturum, si dicat intelligere se actionem Divinam, & voluntatem Dei gratias aliquid dantis. Verum vidimus iam tum, & visuri deinceps sumus, velle ipsum, à Dei volitione nostram necessariō produci; oriri ab hac actione, quod voluntas necessariō amet, & credit, tollique per eam omnem potestatem ad oppositum. Vidimus, iterare eum saepius,

III. p. 192. non posse actioni, quā Deus infundit, voluntatem nostram resistere. En igitur, quomodo velit actionem Divinam, quo nomine ipse gratiam intelligit, reapse inferre necessitatem. Parum pensi habet, quod voluntario opponatur necessitas, unde Aposto-

III. p. 182. Philem. tolos: *Nè velut ex necessitate bonum tuum es- sit, sed voluntarium.* Non curat, quod do-

XIV. Cont. gent. l. 3. c. 148. ceat Angelicus: *Hominem per auxilium Divini gratiae non cogi ad virtutem.* En igitur, quanto superet intervallo Jansenium, ejusque primos sectatores, qui eò non fuere progressi, ut tantundem affirmarent, arque eiusmodi adhiberent vocabula. Imo Calvinianorum temperantiores iisdem sese abstinent: Unde habetur in Lexico Chamber-

tom. 4. p. 417. iii, edito nuper in Italiâ Veneriis: *Nonnulli ex Calvinianis rigidioribus admittunt gratiam necessitatem.* Talis necessitas est circa dubium antecedens, quemadmodum paulo ante vidimus. Dignum admiratione est,

I. p. 34. quod legitur in primo Anonymi: *Quæ tamen necessitas non absoluta, nec antecedens est, sed ex necessariō actionis cum proprio, & proximo termino, seu effectu, connexione pender, ac ducitur.* Non est necessitas antecedens, & tamen nascitur ex actione Dei omnia præcedente: Non est absoluta, & dependet à suâ connexione necessariō cum effectu. An hæ connecti possint assertiones? S. Hiero-

nymus ex adverso: *Ubi necessitas, nec corona est;* & S. Augustinus in hoc effatum: *In t. 10 p. 161.*

*recte faciendo nullum est vinculum necessitatis,* t. 1. p. 757.

III. p. 183. babens gratiam potest eā non uti, & peccare. Diūtum jam tum est in Confirmatione, non poneat Anonymum principia illa necessitatem inducentia, quæ à quibusdam posita fuere hereticis: *Sed docere, produci eam ut actionis Divinæ, unde eandem esse consecrationem.* Hic III. p. 186.

Anonymus conatur ostendere, magnum esse discrimen inter actionem Dei, & creaturam.

Nova, si superis placet, notitia! posse item Deum operari in voluntare, posse

eam mutare, posse quid producere; quæ quis unquam inficiatus est? Item adversariorum suum non credere Deum esse omnipotens, imò plus tribuere creaturis; quam Deo.

Verum adversarius ejus declaravit è contrario, se non credere, omnipotentiam unquam agere contra quā velit Deus, idēque conjugi cum voluntate ad producendum cum eā consensum, quin tamen ei tollat potestatem ad oppositum; quoniam hoc

si faceret, auferret ipsi libertatem illam arbitrii, quam ab illā auferri nunquam vult Deus, cāmque in eā constitueret necessitate, quæ omni eam merito privaret.

V. VERUM prætermittenda non est quædam hīc animadversio. Prædicat sexcenties adversarius, non competere insuperabilitatem, nisi gratia per Dei actionem intellexit, non verò accepta pro amore per ipsam inspirato. Unde tantò minus credendum foret, tribuere ipsum huic produc-

to vim inferendi necessitatem. Et tamen decipimur: Quia abjurat sepe hoc suum principium, vulnus etiam à producendo necessitatē progigni. Repetit in postremo

hoc volumine, quod dixerat in secundo. Si etiam nomine gratiae significare cupit bonum in nobis ab actione Divinæ productum, hoc est, amorem, aut fidem, etiam hoc modo est necessitans necessitate hypotheticā. Videbimus

mox, quomodo rō hypotheticum non possit hic impeditre, quò minus sit vera necessitas.

VI. CITAT bis in animadversionibus, quasi D. Thomae effatum: *Ad actionem Dei statim, & ex necessitate sequitur effectus.* Re-

positus historicus: *Quæ verba in S. Thomā non habentur: Habevi tamen possent. Verum v. Conf. p. 214.*

hæc necessitas transferri non potest ad gratiam necessariō operantem. Dolet Anonymus in

*Defensione*, quod homo quidam his in rebus recens ac novus ei crebet, non extare ibi hæc verba; atque ut ostendat ibidem haberi, plura Sancti dicta congerit, in quibus, quod mireris, hæc verba nihilominus non reperiuntur; & reapse concludit Anonymus ipse: *Sufficere, quod hæc verba sint Doctrina S. Thomæ.* Sed cum historicus dixerit respondendo, posse ibidem haberi, non negavit continere ea illius doctrinam: Quod tamen negare poterat, si verba illa intelligenda forent, quemadmodum juxta sua principia illa intelligit Anonymus. Reputatum fuit in Confirmatione, prædicta verba non haberi nec in illo loco, nec in ullo alio Sti Thomæ. Anonymus conatus fuit illa progignere, consociando duo loca separata: Verum nec unus, nec aliis habet hæc verba: *Ad actionem Dei*, quæ plurimum huc faciunt. In tertio itaque hoc volumine plus solito bacchatur, affirmatque debuisse sufficere, ipsi collustrando, quod oculos positum fuerit, verba illa extare loco relato; quando è contrario oculi docent, certissimè illa ibidem non haberi. Sed profert plura alia dicta illius articuli, & in nullo horum (adi quæsio amice lector ipsum locum, quoniam tibi videbitur impossibile) verba illa habentur, quamvis hinc inde aliqua excerpatur. Afferit itidem: *Causa dicitur, ad quam ex necessitate sequitur aliud, idem esse, ac ad actionem Dei statim, & ex necessitate sequitur effectus.* Verum contentio erat de ipsis his verbis, & hic nè sensus quidem ullo modo idem est. Tot porro evidentium & facti, & rationis falsitatem ratione non habita exultat, & solenni illo suo artificio probrandi *hallucinationes, ridiculam simplicitatem, stuporem ingenii, ignorantiam linguae latine, intelligendi incapacitatem, læsus triumphant, occinitique victoriam.*

**V. DICTUM** fuit in Confirmatione, adhibuisse scriptores Catholicos vocabula hæc: *Necessitas infallibilitatis, & necessitas coactionis.* Regerit hic Anonymus, non esse hoc idioma Catholicum, locutos ita fuisse *Jansenium*, atque ipsum ad eò Calvinum. Quid igitur dicemus de D. Thomâ, docente, præparationem ad gratiam, quantum quidem ab ipso Deo provenit, habere necessitatem ad id, ad quod ordinatur à Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis. Verum in immensum ex cresceret oratio, si quid quid non quadrat, refellere ferret animus.

#### C A P U T X.

*Non salvare libertatem arbitrii, dicendo, posse Caritati jam infusa et postmodum resisti.*

**RATIO** postulat, ut adversariorum nostrorum detestemur apologias, & quid-

quid in confirmationem, ac commendationem sui systematis excogitare sciverunt, proferatur in lucem. Primum itaque profitentur, omnipotentem, insuperabilem, inimpedibilem, necessitantem à se gratiam non afferi, cùm pro dono illo interiore, quod à Deo datur, accipitur; sed tum demum, quando pro actione, per quam datur, accipitur. Imò declarant: *Voluntatem I. p. 156, nostram posse semper interiori gratiae, id est, Dei amori nobis inspirato resistere.* Et repeatunt, operationi *Divinae resistere hominem non posse, posse tamen voluntatem resistere effectui, seu termino ea operatione productu;* atque hoc pacto libertati consultum volunt.

**II. PROFITENTUR** igitur conceptis verbis: *Actioni, quā Deus in nobis fidem, amorem sūt, reliquasque virtutes infundit, voluntas nostra resistere nequit;* & si *Spiritus Sanctus suum nobis infundat amorem, & fidem, non posse non fieri, quominus amet voluntas, & creditat.* Declarant, Divinam actionem consensum nostrum involvere, quandoquidem per eam *insuperabilis amandi, credendique necessitas nascatur in nobis.* Nihilominus contendunt, non amitti liberum arbitrium: At quam demum ob causam? Quia in amore, & fide infusa non constringatur ad perseverandum, sed tum possit resistere, hoc est excitare amorem perversum, cùmque vehementiorem, quodque à Deo impressum fuit, ejicare. Quis autem ratiocinii hujus fallaciam non videt? quis non videt, non esse hoc aliud nisi oblectari ac resistere conservationi, non autem productioni Caritatis, & fidei? Quis non videt, consensum nostrum hoc modo jam tam ante ab actione Divinâ insuperabiliter fuisse productum?

**III. AD hypothesin** porro illam quod attinet, non posse nimirum nos damno nostro Divinæ huic actioni reluctando resistere, interrogemus D. Augustinum, qui loquens de Judæis respondebit: *Qui de se præsumentes gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant.* Respondebit: *Pertinet ergo ad nos, ut salvi simus, accipere, & habere, quod dat, qui de suo bonus est.* Respondet, non oportere adhiberi arbitrium, ad responendum adjutorium Divinum: *Non ut superbâ voluntate respuant adjutorium.* Respondet in sermone de gratia contra Pelagianos: *Ut Deus velit dare, debes & tu ad accipendum accommodare voluntatem.* Respondet, cupere quidem Deum eam largiri, at non largiri passim, nisi postulanti, ne det accipere recusanti. *Deus autem dare vult, sed non dat nisi petenti,* in PG. 102, ne det non cupienti. Respondet, quod sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei. An ad has autoritates respondere possit homo rationis compos, penes quemvis prudentem esto

est jūdīcium. Recitavimus paulò ante per os D. Prosperti, quomodo magna pars hominum Salvatoris gratiam repellit, aut negligit, atque ab eorum oriatur perversitate, quod à multis refutatur. Vide igitur lector amice, quantum in hoc sensu dogmati repugnet, qui assertit: *Actioni, seu voluntati, quā Deus amorem suum inspirat, voluntatem resistere posse, impium est cogitare.* Admittere inspirationes, easque respire in nostrā est potestate. Impedire equidem nequit homo, quo minus bonas cogitationes immittat Deus; potestramen eas non admittere, & dissentire. Dixit Concilium

I. p. 156.

*Seff. 6. anathema docenti, non posse dissentire si can. 4. velit. Angelicus commentatus est in Joann. in Jo. c. 1. nem: Dedit eis potestatem filios Dei fieri per gratiæ susceptionem. Potestas igitur in actum redigitur, admittendo gratiam à Deo nobis oblatam. Sperate in eam, quæ volis offertur, gratiam, scribit S. Petrus. Non molestem sit audire adhuc tria verba ex Angelico. Dicunt Sancti communiter, Dio-*

in I. Dist.  
40. qu. 4.  
a. 2.

*nysius, Augustinus, & Anselmus scilicet: Quod causa, quare iste non habet gratiam, est, quia ipse noluit accipere; & non, quia Deus noluit dare, quia lumen suum nobis offert.*

*IV. COLLABASCIT* igitur omni ex parte hypothesis, quod actio illa Dei sit insuperabilis: At dato etiam, quod subsisteret,liberatatem tamen non sartam teatam præstat assertio, quod postea possit homo mutare mentem. Postquam indeclinabiliter credidit, & amavit, quid refert, quod ejicere postea caritatem possit, & a fide deficere? Id quod impropiè ab adversario vocatur *resistere*. Conficitur duxata ex eo, non tolli ab actione Divinā mutabilitatem. Ad salvandam verò libertatem arbitrii non sufficit, quod contravenire possit gratiæ, postquam eam insuperabiliter recepit, moremque gessit. Accusat etiam Calvinus Catholicos, quod putabant, in manu nostrâ esse, respire, vel accipere oblatam Dei gratiam. Sed audiamus D. Thomam:
Inst. I. a. c.  
3. n. II.

Cont. gent.

1. 3. c. 159.

148.

*Licet aliquis per motum liberi arbitrii Divinam gratiam nec promoveri, nec acquirere possit, potest tamen se ipsum impedire, nè eam recipiat. Et pressius etiam: Cūm hoc sit in potestate liberi arbitrii, impedire Divinæ gratiæ receptionem, & non impedire, non immitterit in culpam reputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptionem. Non sufficit igitur, esse in potestate arbitrii retinere eam, vel abjicare; oportet insuper esse in ea, acceptare eam, vel recusare.* Ita idem in Petrum Lombardum: *Causa, quare iste non habet gratiam, est, quia ipse noluit accipere. Quid hic posset responderi? Turbatur adversarius, ubi exponit:*

in I. dist. 40.

qu. 421. 2.

III. p. 147.

*Voluntatem non posse impedire, quominus insperet nobis Spiritus Sanctus bonos illos motus*

voluntatis; nec posse eos non recipere; posse tamen receptos impugnare. Non est possibile, impugnare illos, cùm recipiuntur, sed postquam recepti fuere. Verum hoc modo forent in nobis motus salutares voluntatis ante omnem nostram deliberationem, & quin possemus repugnare. Ecce ad quam cœcitatē non adgit studium partium? Contendit, ad salvandam liberatatem sufficere, quod possit impugnare consensu jam præstitum, cùmque retractare.

Verum si necessariò & vi omnipotentiae III. p. 147. præstitus jam est consensus, quo loco erit libertas? *Voluntas creata non potest resistere, hoc est, non potest impedire, quoniam non bonas Deus producat cogitationes, amorem infundat; sed poterit non consentire bonis istis cogitationibus, poterit consensum jam præstitum impugnare. Jam vero quā conciliantur posse non consentire, & jam tum præstissime consensum? Quis poterit non assentiri, cui actus amoris intus jam est?*

V. ATQUE ut decidatur, quām contrarium Catholicæ doctrinæ sit, contendere, quod sufficiat posse resistere effectui actionis, hoc est dono dato, satis esse debet observare, quomodo hoc pacto disserit, ac palam contradicatur Concilio Tridentino. Caput st̄um illius declarat, *justificationis exordium repeti debere ex vocatione, ad quam excitantem, & adjuvantem gratiam adulti liberè assentiendo, & cooperando disponantur; ita, ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminacionem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abjicare potest; neque tamen sine gratia Dei moveare se à justitiam coram illo liberā suæ vocatione possit. Decidit itaque Concilium, tangentे Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, ipsum etiam hominem operari; neque solummodo post eam receptam, sed operari in ipsa receptione: Inspirationem illam recipiens. Et quam demum rationem, quāmque explicationem adferit Concilium de homine in ipsa etiam receptione operante? Ecam: Quippe, qui illam & abjicare potest. Operatur ipse iterum, & meretur eam acceptando, quia posset abjicare; unde quod acceptet, dum posset abjicare, est actio ei concilians meritum. Eximium vertendi, interpretandi que donum prodit noster Anonymous, quando etiam in tertio repetit, verbis his: Quippe qui & illam abjicare potest, significa- III. p. 315.*

*ri, quod Dei voluntas operetur per omnipotentiam. Jaçat itidem hoc donum eadem paginâ, confirmans etiam, Patres Tridentinos per voluntariam susceptionem gratiæ exprefisse, quod gratia posita est in inspiratione vita spiritualis. Quis amabo dicere possit, quo pacto vernacula ejus phrasis referri ad latinam Concilii queat? Quivis*

Ggg

alius intelliget, doceri à Concilio his verbis: *Voluntariam rem esse, recipere gratiam.*

VI. REVOCARI hinc in mentem possunt quædam absurdæ, quæ hæc ex sententiâ sequentur. Sequeretur, quantumvis etiam nefarius quis sit, fuisse illum primum bonum ac probum; quia antequam expelleret gratiam, eam admisisset, morèmque gessisset. Sequeretur, admittere, & postmodum expellere idem fore, quod resistere, quemadmodum adversarius, ut salvare videatur dogma, falsâ nomenclaturâ appellat peccatum. Sequeretur ante omnia, inspiratam semel gratiam amitti nunquam posse, neque unquam animo egressuram; quia ejusdem Dei est & conservare, & producere, docente Angelico, ipsum esse causam illius non solum quantum ad fieri; sed etiam quantum ad conservationem ipsius. Jam vero æquè ipse est omnipotens, quando conservat, ac quando producit. Unde si ratione omnipotentiae, cùm dare Deus vult gratiam, non possumus eam recusare, ejusdem ratione, cùm data fuerit, non poterimus ejicere. Quandoquidem, si Deo danti, quia omnipotens est, non possumus nos opponere, ne quidem conservanti, utpote nihilominus omnipotenti, obsistere poterimus.

VII. Indigitatum fuit hoc argumentum in Confirmatione, mirumque est artificium, quo modo extricare se eo conatur Anonymus. Affirmat sub finem, *non intendere quidem se, quod non possit creatura resistere actioni, quâ Deus producit initio illum amorem, sed quod possit resistere actioni, quâ eum conservat.*

<sup>III. p. 160.</sup> Primam perinde actionem, secundam non esse distinctam à Deo, & esse omnipotentem. Qui igitur reapse resistimus peccando omnipotentiae conservanti, & non producenti? Responder, non resistere prorsus nos, nè quidem conservanti, cùmque gradus quatuor amoris Divini infusi sunt, hos semper conservari; cùm non possit peccator directè destruere amorem illum Divinum à Spiritu Sancto productum. (Hoc

<sup>p. 161.</sup> modo progreditur usque adeo ad negandum arbitrium, etiam relati ad malum) Posse tamen excitare voluntatem sex gradus amoris creiararum, ac tum demum pravam effici. Quibus verbis afferit, quod, qui semel amavit Deum, amorem hunc semper conseruat; & subsistat caritas in homine, qui actu est in peccato. Atque hujusmodi viri sunt Theologi. At, qui inaudita hujusmodi sensa impugnat, & ventilit, in Theologicis ipse hospes est.

#### CAPUT XI.

#### *Adhibita gratis in defensionem sophismata.*

A NONYMUS eodem planè artificio, quo Jansenius, è longinquò gradum

librans prædicat, credi oportere fide Divinâ, voluntatem Dei non esse ab ejus essentiâ distinctam, & cùm Divina essentia sit omnipotens, sequi, *Divinam etiam voluntatem esse omnipotentem.* <sup>P. 1. qu. 19.</sup> Quis unquam id insiciatus est, & quæ obsecro id demonstrandi necessitas? Cæterum non solent loqui hoc modo Theologi, quippe qui in ostendendâ voluntatis omnipotentia non recurrent ad omnipotentiam essentiæ. Angelicus 12 insumpit articulos in exponendâ ubertim voluntate, nullam tamen fecit in illis essentiæ mentionem. Quàm novus pariter dicendi modus est, *insuperabilem esse essentiam?* Hoc profectò est loqui Theologice!

II. DIXERAT S. Thomas, vocari etiam gratiam voluntatem Dei gratis aliquid dantis. Adversarius hinc deducit, gratiam eo sensu acceptam esse omnipotentem, quia omnipotens est voluntas. Verum non accipitur eo sensu gratia, quando de eâ, & libero arbitrio disputatur; unde verborum hic ambiguitate luditur. Et licet Divina voluntas sit omnipotens, inde non conficitur, Dei benignitatem operari vi etiam insuperabili, quando hujusmodi concedit gratias.

III. ADDUCIT, D. Prosperum vocasse gratiam omnipotentem, neque tamen idcirco fuisse Sectatorem Quefnelli. Tribuit <sup>p. 28.</sup> hoc ei epitheton in verbis; nec injuriâ, si perpendamus, posse eam Deum tamē efficere, quando ei libet. Sed in tractatu suo dogmatico docuit, repelli eam saepè ab hominibus, ac respui. Tantum abest, ut in sensu Anonymi eam crederet omnipotentem, tamē falsum est, voluisse ipsum banc Dei operationem esse omnipotentem, & inimpedibilem, quemadmodum non vereatur afferere Anonymus. --

IV. PROSEQUITUR telam, abutens de more sacris effatis: *Deus in nobis operatur, Deus est, qui operatur in nobis velle;* & vi harum constitutus tueri, *quantumvis Dei operatio sit omnipotens, insuperabilis, inimpedibilis,* hoc tamen non prohibere, *quod minus creatura liberè velit, credat, amet, & operetur.* Posset id forte à quopiam rectè explicari, at non ab ipso, qui nullâ verbis temperatione adhibitâ toties contestatur, *voluntatem non posse resistere, neque fieri posse, ut voluntas non amet, non credat; istamque necessitatem esse insuperabilem.* Operatur Deus, & eodem quoque tempore operamur nos per ejus gratiā liberè, quia consentire, & dissentire possumus. Sed si actio Dei efficiat, ut necessariò consentiamus, enī tibi creptam nobis omnem facultatem ad oppositum, in quâ essentia libertatis conficit. Advertaturque diligenter, imponeat hominem, quando profiteretur, si non

loqui, nisi de actione. Credere, & amare sunt effectus, & quidem effectus, ab hac Dei actione provenientes. Si autem hi consequuntur necessariō, etiam de his intelligit, & his quoque tribuit, quod minus sint *inimpedibiles*, quam actio. Advertatur quæso ad hoc diligenter. Elucet eadem contradic̄tio, dum pluribus in locis repetit, necessitatē non cadere in effectū, postquam statuerat, hujusmodi necessitatē *ex necessariā actionis cum proprio, & proximo termino, seu effectū connexione pendere.*

V. ADIUNGIT Anonymus, Gratiam ef-

III. p. 30. se Deum ipsum, atque inde provenire ejus omnipotentem insuperabilitatem. Quisita unquam loqui quenquam audivit, & dicere, gratiam Dei esse ipsum Deum? Aduget, non intelligere se gratiae nomine donum illud, quod semper intellectum fuit; intelligere de operatione Deo identificatā. Quæ non ambiguitas, quæ verborum nasceretur consilio, si nova hæc methodus Deum P. 1. qu. 39. a. 4*gratiam appellandi introduceretur?* Ad veritatem locutionum non solum attendenda est res significata, sed etiam modus significandi. Præterea: Hæc operatione non spectat ad immanentes; ex illis est, quæ procedunt in ex-

I. qu. 14. teriore effectū. Considerare igitur convenit effectū, qui, si ex actione Dei insuperabilis necessitate, & invincibili omnipotentiā consequeretur, in aperto est, privandum à Deo hominem illo arbitrio, quo sapientissimè eum à se nunquam privatum iridecrevit. Quid juvat jactitare dictum illud: *Cui volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium?* Et decantare, quod contendere, posse repugnari, idem sit, ac omnipotentiam negare? Et ingeminare, quæfitoribus sibi oportere adversarium,

III. p. 360. quod non credit Dei omnipotentiam? Figidæ hæc nugæ sunt, quæ jure admirationem movent; quia ducenti amplius anni sunt, cùm ab orthodoxis hæc hereticorum profligata, difflataque fuere deliria. Non decet veritatem hanc eo modo intelligere, quo Calvinus, quando se ostentabat concludendo: *Non est itaque dubitandum, voluntati Dei humanas voluntates non posse refellere.*

Inf. 1. 3. c. 23. n. 24. Quis unquam dixit possit voluntati Dei simplici, absolutæ, & beneplaciti? Sed hypotheticæ, & metaphoricæ plus sati resisti potest. Quorsum igitur, repeterem, posito, quod Deus sit omnipotens, possitque facere, quidquid liber, necessariō consequi nullam creaturam impedire posse, quomodo ipse faciat, quod lubet. Hoc est verborum phaleris imponere illiteratis. D. Thomas ex instituto discutit, utrum voluntas Dei semper implatur, & docet cum Damasco, illud v. g. quod omnes salvos velit, intelligi oportere de voluntate antecedente, non de consequente; & quod antecedenter volumus,

*non simpliciter nos velle, & quidquid Deus simpliciter vult, fieri, licet illud, quod antecedenter vult, non fiat.* Consulatur amabo Historia Theologica lib. 12. & 13<sup>to</sup>; ubi dissimiliora S. Augustini loca singillatim explicantur. Librum illum, in quo scripsit Augustinus, *volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium exorsus est, stabiliendo:* *gr. n. 2.*

*Liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum confidendum est, nos habere, licet ad malum ex se liber sit, & ad bonum meritum non nisi Redemptoris liberantis virtute. Notatu digna est cœcitas, & stupor Anonymi, responsionibus, quas ibidem adferit ad verba illa Augustini: *Sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei se ipsum jugulantis, & quidquid tanto studio illis aliis verbis: Nullum resistit arbitrium inadīcārat, plāne subvertentis.**

VI. COMMODEMUS modò syllogismum adversario, qui tametsi suis ex assertionibus collectus est, instrui tamen ac vibrari ab ipso non potuit; multorum autem conturbare mentes posset. Posset itaque sic dicere: *A&tio Dei est identificata Deos: Deus est omnipotens; igitur & actio est omnipotens.* Sophisma hoc diffiliari pluribus modis potest. Actionem Dei esse ipsi intimam, verum est; quia quidquid est in Deo, Deus est. At non ideo considerare Divinas actiones convenit, ut sunt eadem inter se; neque ut in ipso sunt Deo, sed relatè ad res effectas. Quemadmodum distinctio voluntatis antecedentis, & consequentis non accipi debet in Deo *ex parte ipsius voluntatis;* *sed ex parte voluntorum.* Hinc est, quod Divine actiones sint diversissimæ, & modò majores, modò minores, cùm sit indubitatum, *Deum agere per voluntatem non per necessitatem naturæ;* & *Deum agere in creaturis non ex necessitate naturæ, sed per arbitrium voluntatis;* atque ideo effectus non sunt immensi, & infiniti, sed procedunt secundum determinationem voluntatis, & intellectus ipsius. Ambiguitas itidem nascitur ex voce *omnipotentia*, quasi ratione illius consequi semper actio Dei deberet id, quod nobis videtur consummatio effectus. Omnipotentia consistit in eo, quod obtineat semper Deus, quod vult, & eo modo, quo vult; non autem, quod consequatur, quæ ob infinitæ suæ sapientiæ fines non vult, aut eo consequatur modo, qui ab æternis suis discordes decretes. Actio Dei semper obtinet; quod vult, nec plus, nec diverso quam quo vult, modo. Quot non res permitti naturæ ordine imperfecte procedunt, quia permituntur influxui, & cursui causarum secundarum? Idcirco, quidquid accidit, non Divina potentia mensura est, sed ejus voluntatis executio. Quando agitur de humano arbitrio, quod ipse prorūs liberum vo-

P. 1. qu. 19. a. 4.  
Con. Gen.  
1. 2. c. 23.

luit, nemo non vider, non adhibitum illi ipsum eam vim, quæ auferendo illi facultatem ad oppositum, libertatem omnem extinguqueret, atque aboleret. Non vult contravenire concepto à se Decreto de consensu semper libero futuro. Unde falsam omnipotentiae instillare procurat ideam, qui spargit, actionem quæ conferatur gratia, esse actionem omnipotentiae, ac proinde insuperabilem, quali Dei omnipotentia contra voluntatem Dei pugnare deberet. Quando dicunt: *Inspiratio Caritatis est actio Dei omnipotentis, igitur repellere non potest; respondendum est, distinguendo.* Actio Dei est inspiratio facta eo modo, ut admittere eam & recusare voluntas possit; concedo. Facta ita, ut potestatem eam rejiciendi amittat voluntas; nego. Secundum novum hoc systema nunquam contingeret, non acceptari inspirationes Divinas, quia etiam teniores à Deo immittuntur omnipotente

VII. IN apologiis suis Anonymus multum sibi placet de novo quodam suo vocabulo, cui magnum ipse robur tribuit. Videntes nempe, quomodo homines orthodoxi cohorrescant, cùm audiunt, gratiam esse necessitatem, mederi malo se credit, dicens, tueri se gratiam necessitatem *necessitate hypotheticā*; atque hāc ratione nihil prorsus offici, incommodarique libertati asserit. At quī demum accidit, ut nec S. Augustinus, nec D. Thomas, nec alius quidam Catholicus hypotheticam necessitatem agnoverit? Theologus *Adiaphorus* in opulculo suo inscripto Comiti Casali, in Universitate Bononiensi Professori clarissimo, liquidō ostendit, ipsissimam hanc fuisse sententiam Calvinii, ipsiusque itidem credisse liberum arbitrium à se hoc pacto cum libertate conciliandum. Non est animus præjudicare hic scopo ac fini, cuius gratia scholæ quædam hanc vocem *hypotheticā* usurpant. Observandum autem est, quomodo Anonymus in tertio hoc volumine hāc occasione initium duat à solita sua querelā, quod non explicuerit historicus, quam ipse gratiam necessitatem vocaverit, *Dene voluntatem, an donum à Deo collatum?*

III. p. 182. Credet hīc quilibet assignare ipsum hoc attributum voluntati Divinæ, non dono. Sed accidit, ut paulo post ipsi etiam dono privilegium hoc ex aequo impertiat; unde in fūnum pro more abit querela. Sed quid, si ostenderetur, quomodo ex ipsissimo hoc vocabulo detegatur, multoque melius dilucidetur error? Quid sibi vult rō *hypotheticā*? Significat, atque innuit enimvero necessitatem positionis, consequentiæ, hoc

II. p. 29.  
III. p. 183. est, ut ipse met exponit, innuit, *necessarium esse*, ut sequatur id, quod *omnipotens Dei voluntas vult sequi*. En igitur declararum, quando dicit *necessitas hypotheticā*, intelligere eum,

quod cùm à Deo confertur gratia, ponit semper debeat, ac reapse ponatur, hominem illico, sine repugnandi potestate, consentire; idque ideo, quia operatio sit omnipotens, & insuperabilis. Quo fit, ut tantum melius explicetur, quām hāc sit absolta, & antecedens necessitas, inferaturque, hominem, per actionem dantis gratiam, si ne dissentienti potestate, & sine ullo suo merito Sanctum evadere. Cum quo dogmate optimè congrueret veritas damnatae: *Dei gratia nihil aliud est, quām ejus omnipotens voluntas.*

VIII. Ex hypothesi, quam hujus vocabuli causā sine ullā ratione admittendam putat, mirè suam deducit victoriā. En tibi ejus ratiocinium! *Necessitat necessitate III. p. 184. hypotheticā, siquidem posito, quod amet, & credat voluntas, necessarium est eam amare, & credere, cùm componi non possint amare, & non amare, credere, & non credere: Potest tamen à credendo ad non credendum, & ab amando ad non amandum transire.* Inutilis est medicina, quam ultimis se verbis parare credit: *Quandoquidem aliud non adferant, quām non habere nos ab initio libertatem, sed habere postea, id quod non sufficit, quia jamtum necessitate compulsi credidimus, & amavimus.* Quis verò ridiculum magis vidit sophisma, quām istud, quo probatur existentia & ex hypothesi, & ex eo, quod idem nequeat simul esse, & non esse? Hoc pasto, repositum fuit in Confirmatione, *omnia erunt necessaria.* Respondet modò Adversarius: *Quid interest? Quod foret absurdum omnia esse meram necessitatem ex hypothesi?* Bellum profectò ac lepidum inventum, miro in Theologicis, ac Philosophicis usui futurum! Qui e. g. ostendere veler, existere in mundo vacuum, ordiri deberet ab hypothesi, quod reapse existat: Atque inde jactare, necessariò etiam idem existere, quando idem non posset simul esse, & non esse. Ita Anonymus: *Posito, quod quis adimplat præcepta amore Dei, sequitur necesse esse, ut ea impleat Dei amore.*

IX. INNUIMUS jamtum, quomodo non solum actionem Divinam, sed bonum etiam II. p. 29. in nobis ab actione productum velit esse *necessitans necessitate hypotheticā.* *Siquidem posito, quod amet, & credat voluntas, necessarium sit, eam amare & credere.* En tibi argumentandi modum inuperabilem prorius, arque *avantiponit!* At non citra summam S. Thoma injuriam præ se fert heros iste, haufisse te ex eo hoc ratiocinium. Non egit vir sanctus illo articulo de necessitate gratiae consentiendi, sed an Deus velit per necessitatem, quidquid vult? & ad argumenta eorum, qui adductis rebus, quas necessariò velle debet, hoc persuadere conabantur, responderet: *Necessarium dicitur aliquid du-*

III. p. 517.  
III. p. 193.

P. 1. aqu. 19.  
a. 3.

pliciter, scilicet *absolutè*, & *ex suppositione*; & aliquid Deum velle, est necessarium *absolutè*, non tamen hoc est verum de omnibus, quæ vult. Unde ex eo, quod quid necessarium sit ex hypothesi, non sequitur id verè esse necessarium. Quemadmodum ex eo, quod quis necessariò hoc est infallibiliter sedeat, quando, re ipsa sedet, non conficitur, esse simpliciter, & *absolutè* necessarium, ut sedeat. En igitur, quomodo ex adverso S. Doctor, ex eo, quod vult *Anonymous*, ostendat frusta quempiam eruere velle, necessarium illud esse, quod non est necessarium nisi ex hypothesi. Hinc est, quod & hoc ipso in loco ostendat, quomodo, *quod operamur consilio voluntatis, non ex necessitate velimus*; quod planè contrarium est iis, quæ cuperet *Anonymous* constabilire. Atque hæ sunt rationes, hæc argumenta, quibus novum systema innititur, & quibus se conatur tueri. An porro ex his precepit, & magis etiam, quam ex ullâ realiâ ejus falsitas, antilogiae, & manifesta Catholicon dogmatum impugnatio non elucescat, quivis facile colliget Theologus. Aliud itidem argumenti genus reapse adhibet *Anonymous*, in quo, quia tam frequenter id adhibet, majorem videtur spernponere: *Nimirum, quod afferat, adversarium à se ipso nempe extatum, non adferre, nisi rugas, ineptias, & hallucinationum cumulos; non habere intelligendi capacitem, nec de hujusmodi rebus loquendi peritiam; esse pinguioris ingenii, quād ut ista capiat, scopum eius esse imponere proximo;* & quæ sunt plura id genus. Ad hæc ne gruquidem respondet historicus, præmittens hæc cogenda bonis Christianis, hominibusque eruditis, atque honestis, nec sciens, nec volens verbis pariter injuriosis, aut inurbanis, nec modis adeò plebejis consuetudini sue ac libimet ipsi officere labemque aspergere.

## LIBER SECUNDUS.

## CAPUT I.

*Anonymous* apertè negat, acritérque impugnat libertatem iudicentie.

**M**ANU jam tum quasi palpavimus, quomodo relate ad dogma illud, directè impugnat secundus hic Janse-nismus modò idem, imò priore pejor sit. Demonstrandum restat, quomodo idem prorsus accidat circa alia intime connexa, atque inde profluentia, in quibus pariter defumma Catholicæ dogmati disceptatur. Agendum autem ante omnia est de indifferentia, quia hoc principio non solum religionis hæc in materia dogmata, sed legum etiam Civilium, viræque humanæ canones nituntur.

I. EXPONAMUS itaque primum hoc vocabulum, quod ab hominibus hoc nunquam studio initiatis, intelligi non solet, opinantibus eodem id modo hic accipi, quo, cùm aliis de rebus loquimur. Scriptor. p. 131. serat *Anonymous*: *Mibi nunc declareret velim, Eques Theologus, quā componi valeat illa sua indifferentia libertas, quam in Pelagianis deridebat Augustinus, cūm hāc infallibilitate amoris Dei, quem à Spiritu Sancto cordibus Conf. p. 21. inditum voluntas nequit non habere.* In responsione ad hōc quæsumus, præmisit Historicus: *Falsum esse, quod in Pelagianis deriferit indifferentiam Augustinus: Quandoquidem vocabulum hoc novum sit, neque illā tempestate auditum. Quid? quid non iis solū temporibus, sed nē quidem tempore D. Thomæ, aut multo etiam post auditum*

hoc verbum fuerat. Nihilominus ridentem propinare notissimam hanc veritatem conatur *Anonymous*, scribens in hunc modum: *Audirem equidem libenter, ut mihi ediceret: An ante Christum natum, aut minimum ante Aulum Gellium vixerit S. Augustinus?* Exscribit hic ad verbum ex Calepino authoritates Gellii, Ciceronis, & Suetonii, ubi habent voces: *Indifferens, & indifferentia*, & videtur sibi ostendisse ex hoc, vocabulum hoc à Christianis quondam in Theologiâ fuisse adhibitum, & in hodierno significatu Theologico. Superi! in quale adversariorum genus bonus incidit Massejus! Eadem pagina profert, & planè extra rhombum, versum ex libris amorum Ovidii, cuius libri mentio, ubi de amore Divino, agitur, & post nominatum Spiritum Sanctum, quam bellè hic congruat, dici vix potest. Majori etiam admiratione dignum est, quod, quasi vocabulum *indifferentia* sibi, non scholis proprium foret, & quasi illius causâ dictus ei dies esset, se defendat, falso dicens: *Adversarium etiam S. Augustino tribuere nova illa vocabula influxus superni, gratiae sufficientis, congruae, efficacis, actualis, habitualis* (quæ cæteroqui adversarius ejus S. Augustino tribuere nunquam cogitavit unde tō oīaq) idem proinde & sibi fas esse.

III. SCRIPSI in primo suo: *Si Deus I. p. 21. sui amorem producit in nobis, videri potest nutritare, imò rueret illud, quod ipse tuetur dogma de libertate, & indifferentia; quæ illius est sententia, si Deus in me producit amorem sui, jam non voluntas cum mea productus.* Quis

Ggg 3

amabo intricate hujus periodi sensum ac scopum capiat? Quis statuet, an verba: *Quæ illius est sententia ad præcedentem, an verò ad subsequentem referantur sensum?* Quæ quidem obscuritas in causâ fuit, cur in Confirmatione semel referatur sensus verbis hisce non adscriptis, id quod modò tanquam insignis fraus ac dolus saepe accusatur. At verba prædicta recitata jamtum fuerant sub capitio initium. Verum nihil hac omnia ad farinam; nec aliò conidunt, quam ut à rebus gravioribus devietur. Summa hujus loci, ac cardo in eo vertitur, quod dicatur, producente Deo caritatem in nobis, ruere planè systema de libertate & indifferentia propugnatū ab

T. m. 6. Historico. Doctè hic P. Concinna: *Jansenistarum systema contra libertatem indiffer-*

P. 149. *entiæ non minus, quam ovum ovo, Lutherano, & Calviniano est simile.* Et alibi: *Do-*

p. 165. *cent Thoministæ, & Catholicæ omnes: Vivit libertas nostra indifferentia ad utrumlibet.*

IV. Potestas vocabuli hujus, ac notio in Theologiâ primò illa est, quod significet facultatem ad opposita, seu ad bonum & malum; deinde, quod significetur per id, non dari sine hâc libertatem; cùm invectus jamtum à Luthero, & prolixè à Jansenio, & Calvino contra Pighium exaggeratus error sit, sufficere ad libertatem, si operemur sponte, nullâ vi coacti, licet operemur necessariò, & sine facultate ad oppositum; in quâ tamen potestate verè sita est libertas arbitrii, quemadmodum omnes omni tempore agnoverè nationes Agnovere id ipsum etiam Janseniani quidam emunctorios, ac primi ordinis, qui hâc in re descivere à suo Magistro, & tertia eius propositione. Quod adèd verum est, ut Arnaldus homo ingeniosus, & post Jansenium factionis Coryphaeus in epistola quâdam ad Meldensem Episcopum dixerit: *Optimam, ac brevissimam, quæ quidem de libero arbitrio haberi possit, non emesse, si dicatur cum S. Thoma, quod sit potestas, aut facultas ad opposita.* Epistola hæc est undecima in tomo 1mo scriptorum de generali gratia systemate. Imò dixit hic Arnaldus, videri sibi satius ita loqui, hoc est potestas ad opposita, quam adhibere vocabulum indifferentiae, utpote obscurum. Advertatur hic, quam verum sit, præsentem Jansenismum non uno ex capite multò pejorem esse veteri. Operari mere sponte, & non per electionem esset conformare se brutis animantibus.

III. p. 62. V. *Anonymous contrà existimat, non es-*  
*sentialém ac propriam libero arbitrio hanc ef-*  
*se indifferentiam.* Ita de se ipso loquitur, ita se jaçat; ridéique sæpen numero eos, qui credunt, confidere libertatem in po-

*tentiâ ad opposita, & potestate faciendi, & omit-*

*tendi.* Impugnat hoc pacto rectâ S. Scripturam, omnes Patres, omnes scholas orthodoxas, & sensum communem. Indifferentiam voluntati propriam consistere solummodo affirmat in immunitate à necessitatibus naturalibus, & præcedentibus. Non esset credibile huic immunitati inditum fuisse à scholasticis nomen indifferentiae. Indidere hoc facultati ad utrumlibet; quatenus nimirum voluntas non determinata ad unum indifferenter cum Divino auxilio potest & hoc, & illud. Habernus in SS.

paginis: *Apposui tibi aquam, & ignem;* ad Eccles. XV.

*quod volueris porrige manum tuam. Antebo-*

17. 18.  
Deut. XXX.

*minem vita & mors, quod placuerit ei, dabi-*

19.

*tur illi. Quod proposuerim vobis vitam, &*

*mortem, benedictionem, & maledictionem. Eli-*

*ge ergo vitam.* Ubi adversarius impugnat

indifferentiam, loquitur de voluntate quâ

*electivâ.* At si concedit, habere eam eli-

*gendi facultatem, quomodo negat, posse*

*& ipsam ad unum, & cum ope Divinâ*

*etiam ad aliud sese applicare?* An dice-

*mus, potestatem eligendi habere eum, qui*

*agere potest, non omittere?* Facultatem

*ad opposita vocat semper indifferentiam Pe-*

*lagianam, quasi qui censeret posse nos ob*

*liberatum arbitrium, bene operari, con-*

*spiraret cum Pelagio, qui volebat, posse*

*nos ex nobis, & viribus naturæ ad bonum*

*supernum eluctari, quique nec voluntatem*

*nostram, nec actionem Divino adjuvari crede-*

*bat auxilio.*

V. Ur persuadeat, S. Augustinum li-

*bertatem indifferentiae habere pro Pelagianâ,*

*adulterat sine fronte, involvitque*

*aliquam autoritatem. Sanctus de Hæresi*

*Pelagianâ loquens sic scripsit: Aliquando*

*enim ita paribus momentis potestatem voluntatis*

*æquâ lance perpendicular, ut quantum ad*

*peccandum, tantum etiam ad non peccandum*

*valere definit; quodsi ita est, nullus locus ad-*

*jutorio gratia reservatur. Anonymus locum*

*hunc ita recitat: Aliquando ita paribus mo-*

*mentis potestatem voluntatis æquâ lance per-*

*pendit (en tibi libertatem indifferentiae Pelagianam?) ut aliquantum etiam ad non pec-*

*candum valere definit. Quod si ita est, nullus*

*locus adiutorio gratia reservatur. Bilancis*

*æqualitas non consistebat in rô valere ali-*

*quantum, sed in eo quod ex se, & suâ vir-*

*tute valerer potestas nostra tantum ad pec-*

*candum, quantum ad non peccandum;*

*quo casu nil opus erat amplius gratia. Quâ*

*igitur fronte exprobrari potest Catholicis*

*illa indifferentia, quam ipsi juxta doctri-*

*nam Ecclesiæ, & Patrum omnium latinorum*

*perinde ac græcorum defendunt?*

*Pelagianum vult Muratorium præcipue,*

*quod poneret, consistere libertatem in po-*

*testate volendi, & non volendi, eligendi, &*

*non eligendi; hominique remanere consentien-*

II. p. 94.  
p. 111.

*di, ac vestendi facultatem; id quod iri inficias non potest, nisi ab eo, qui cum Calvino censet, errasse Patres Tridentinos,*

Anecdota.

tell. 6.

*quia per liberum arbitrium intelligunt eligendi facultatem, quae sit in utramque partem libera.*

*In ipsissimā hāc illum esse opinione relecter undequaque, ipsēque id sibi dicit laudi.*

*Ad authoritatem S. Augustini: In liberō est voluntatis arbitrio peccatum, &*

*III. p. 73. recte factū: & ad aliam: In tuo arbitrio Deus esse voluit, cui pāres locum, Deo, an*

*diabolo quomodo responderet? Ecce tibi!*

*III. p. 74. Verisimum est, bujusmodi indifferentiam non admitti ab Anonymo. An unquam major visa est libertas in homine nomen suum inter Catholicos profitente? Et tamen ille ipse est, qui totum se Augustinianum pro more fatetur? hi sunt libri, quos tutari quidam Catholici sibi non ducunt religioni?*

*VII. SED audiamus ejus rationes. Adfert authoritatem ex S. Augustino, quod vo-*

*I. p. 137. luntas ideo libera in bonis non est, quia libe-*

*III. p. 65. rata non est. Quid sibi hisce verbis vir sanc-*

*tus velit, ipse met explicit verbis subse-*

*quentibus, quae tam juratus truncationum*

*hostis truncat semper, & occultat: Nec pot.*

*est bono boni aliquid velle, nisi adiuvetur ab*

*eo, qui malum non potest velle, hoc est gratia*

*Dei. Centies dictum est in historiā, non*

*415. posse nos ex nobis elicere opus merito-*

*rum, nisi gratiā oportuleret; & arbitrium,*

*ut ad bene faciendum liberum sit, Dei gratiā*

*liberari. Liberatum itaque est secundum S.*

*Augustinum in retractationibus, ac pro-*

*inde liberum. Ubi idem habet: In tua pa-*

*cēitate est, consentire, aut non consentire, af-*

*firmat Anonymus, non aliud eum velle doce-*

*re, quam quod consentire sit actus voluntatis.*

*Bella profectō explicatio! quam sit illa ad*

*literam, & Catholica, quis non videt?*

*VIII. VERUM Achilles quo utitur An-*

*onymus ad evincendum, facultatem ad*

*utrumque non esse de essentiā liberi ar-*

*bitrii, ille est, quod Deus & beati hāc ca-*

*reant, & tamen sint liberi. Tantrum argu-*

*mentum huic fidit, ac tribuit, ut illud per-*

*petuō repetat, eōque sive ad, sive extra*

*rem sit, continuō relabatur. Potesthas ait in*

*hoc ultimo, ad opposita non convenit nec in*

*beatos, nec in damnatos; unde sequeretur &*

*bos non esse creaturas rationis compotes, sed*

*ad bestiarum conditionem dejectas. Paulò*

*III. p. 69. post: Liber fuit JESUS Christus circa obe-*

*dientiam aeterno Patri praestans; liberi*

*sunt diaboli circa ejus offendit sine prætentā*

*istā facultate ad opposita. Tribuit S. Augu-*

*stino, quod dixerit, Julianum, ponendo*

*eiusmodi libertatem tanquam essentialem, spo-*

*litanum Deum, Angelos, Beatos, Dæmones*

*ea libertate, quae creaturis ratione præditis*

*essentialis est. & necessaria, id quod nunquam*

*dixit S. Doctor. Innuit equidem, præten-*

*dere hanc facultatem ad qualemcumque libertatem fore necessariam, rem fore ridiculam, nec pluribus immunem erroribus. Unde dixit ad Julianum: Per hoc necesse tibi est, auferre libertatem Deo, qui tantummodo bonam potest, malam vero non potest babere voluntatem.*

t. 10 col.  
1097.

*IX. Quis autem vidit unquam sententiam magis frigidam, & ineptum magis atque intulsum sophisma, quam velle, quod homines in hāc vitā careant facultate ad bonum, & malum, quia eam non habeant beati, nec ipse Deus? Est hoc argumentum perinde acutum, & subtile, atque illius, qui Deo negabat omnipotenciam propterea, quod non posset peccare, & mori. Nonne risum moveret, qui contendet, non esse ad vitam hominis necessariam respirationem, quod Angeli, & beati vivant, nec tamen respirent? Risum concitaret utique, quia quilibet regereret continuo, vitam eorum, qui corpore carent, alterius esse speciei. Nonne expoldendum se propinaret, qui diceret, non posse arbitrium nostrum mereri quidquam, aut demereret, quod simile periculum, & vires damnati, & beati, qui pariter sunt liberi, non habeant? Cachinnis exciperetur utique, quia nemo non videt, non posse eandem esse libertatem in viatore, & comprehensore. Res verba numero longè superant. Inde est, quod idem libertatis nomen demus libertati Dei, Christi, Angelorum, & hominum: An ideo contiuo credemus eam in omnibus eodem modo? Interrogemus D. Thomam, qui respondet: Dicendum, quod in Deo est invenire liberum arbitrium; alio tamen modo in Deo, & Angelis, & in hominibus. Diversitas naturae, & conditionis reddit etiam qualitates essentialiter diversas. Negant hoc novi systematis promotores, at concedebat author veteris, puta ipse Janseius.*

Deverit,  
qu. 24. a. 5.  
tom. 3.  
p. 202.

*Ut liberum arbitrium pro natura cu-jusque, vel ordinis Divinitus instituti, vel meritorum diversitate diversum statum sortiat-ur. Qui in Theologicis planis hospes non est, probè novit, duas poni indifferentias, contradictionis, hoc est ut possit agere, & non agere, & contrarietas, h. e. ut possit etiam contraria. Hæc in Deo, & beatis non est, quia posse peccare defectus ac vi-tium est. Quis dicerit, imperfectioni misel-lorum homuncionum, quā possunt pec-care subesse pariter atque obnoxium esse debere arbitrium Dei hominis, Servatoris nostri? Est in Deo, est in Angelis, est in Beatis libertas, quatenus libertas est per-fectio; non quatenus includit, ac ponit etiam imperfectionem, cuiusmodi est pos-se labi in peccatum. Si vero per arbitrium intelligamus potestatem agendi bene, &*

malè, quæ est in hominibus, certum est reperiri simile arbitrium non posse in Deo, ne quidem in damnatis, neque in iis, qui Deum intuentur; quippe in quibus nec meritum, nec demeritum habet locum. Comparatio nullā parte admitti potest, quandoquidem amor beatificus non potest non esse in beatis, quo sit, ut relate ad hunc non habeant arbitrium. Si verò intelligamus volitionem liberam, ac perfectam, hæc utique in Deo est, & in beatis, imò majori cum perfectione, quia est species superior, ac diversa plane libertas.

tom. 6. c.  
236. p. 1.  
qu. 62. a. 8.

Quamobrem dixit Augustinus: *Multò quippe liberis erit arbitriū, quod omnino non poterit servire peccato.* Dixit quoque S. Thomas: *Major libertas est in Angelis, qui peccare non possunt.* Ceterum non deest Deo potest etiam indifferentia, cùm possit cum libertate contradictionis velle, & non velle, creare, & non creare, concedere & non concedere gratiam. Unde scripsit Angelicus in predicta quæstione: *Voluntas Diuina se habet ad opposita.* Ita possunt beati orare pro nobis Deum, & non orare. En demum, quodcum omnem hi homines spem suam in frivola aedō ratione reponunt, aliud non efficiant, quām quod prodant in quantā versentur caligine, redántque manifestius hæreticum systematis principium; nimis, hominem non esse liberum ad opposita, nec habere eligendi potestatem. Ex arguento iridem, quod producit Anonymus à comprehensoribus ad viatores, inferretur, aedō parum possibile futurum nobis, ut bene operemur, quām beatis, ut malè. Et si verum esset, liberum arbitrium Beatorum ejusdem generis ac qualitatis esse cum nostro, quemadmodum illi peccare non possunt, ita nec possent homines.

X. ACCUSAT Muratorium, quod sapienter scripsit, propriam, atque essentialem esse substantię rationali libertatem arbitrii, quamdiu hanc vitam degit. Vult id genus libertatem esse accidentariam: *Quis unquam ejusmodi doctrinam audit?* Adfert plura loca ex Augustino ad rem praesentem non facientia. Præterea non bene ei vertit, quod illius hic Patris meminavit, qui roties docuit: *Liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum, confitendum est nos habere. Peccatum & recte factum est in libero voluntatis arbitrio. Qui dedit hominibus potestatem faciendi, quod bonum est.* Ex quo autem homo incipit uir voluntatis arbitrio, & peccare, & non peccare potest, semper intelligens, non nisi gratia virtute agi bonum posse. Longa similius sententiarum series videri potest in historiâ Theologicâ, quas non scio an murilatas omnes, aut adulteratas dicturus sit An-

nymus. Meminit etiam locorum ex S. Thoma, sed mirum in modum contortorum. Dicit vir sanctus: *Electio semper in hominis potestate consistit.* Ipse interpres aratur per hoc significari, indubitatum esse, quod voluntas sit illa, quæ eligit. An elucere magis unquam posset spontanea, ac digna commiseratione cecitas? Non indicatur his verbis, voluntatem esse illam, quæ eligit, sed, ut nemo non videt, in ejus potestate esse eligere, hoc est amplecti hanc vel illam partem. Sic ad dictum illud: *In potestate hominis est, ut consentiat, & non consentiat;* respondet nunquam te negasse, p. 72.

att. 3. ad 3.

tom. 6. p. 112.

2. qu. 13.

2. 6.

2. 2.

in 1. dist.

39. q. 24.

p. 21.

etiam

*consensum esse actum liberum voluntatis.* At negavit semper, habere hominem potestatē consentiendi, & non consentiendi, quod est illud ipsum, quod hic doceatur à Sancto. Voluntatem esse solum facultatem volendi, dixerunt Duces factionis: Catholici verò semper dixerunt, esse facultatem determinandi se per propriam electionem ad volendum. Sic documentum S. Augustini: *Consentire autem vocationi Dei vel non consentire, propria voluntatis est, significat, proprium ei esse, quod se determinet;* id quod uberioris explicat, dicens: *Ut venirent, vocati erant in liberā potestate; legendum puto, ut venirent vocati, erat in liberā potestate.* Hic velim serio animadvertis, qui legit, atque ex hoc solo colligat, quorum agatur, & de quo. Videat item, quām languidae, & vacillantes dentur responsiones ad adductas in confirmatione authoritates aedō luculentas, ac perspicuas. Ind contra præciptas nescire quidem audet, cuiusmodi sunt hæc: *Electio est actus potestiae rationalis, quæ se habet ad opposita. Dicendum, quod fons domini nostrorum actuum, secundum quod possimus hoc vel illud eligere.* Neque desunt alias similes, e. c. *Dicendum, quod proprium liberi arbitrii est electio: Ex hoc enim liberi arbitrii esse dicimus, quod possimus unum recipere alio recusato, quod est eligere.* Sic in Commentario in lib. sentent. exponit, quomodo fuerit ita à Deo constituta voluntas, ut in ejus potestate esset deficere, vel non deficere.

XI. PRODIIT nuperimè Tractatus desiduciā Christianā non preferens nomen Authoris, aut Interpretis, quem in intimis, ac familiarissimis ab Anonymo haberi rumor est. Quod si ita est, observari mereatur, quod in capitibus eriam gravissimis noluerit eundem turari; quando in libello hoc ita habetur: *Omnis Theologi admittunt gratiam actualē, interiore, excitantē, quæ est lumen supernum in mente, motio Divina, & sancta voluntas in voluntate.* Sapientia hæc effata Anonymo aliud non esset, quām ænigmata. Paulò post: *Nula gratia necessitatem infert. Sub motione*

<sup>p. 64.</sup> etiam fortissimā efficacissimā, sub delectatione etiam maximē victice conservat semper bono consentiendi, sūumque consensum recusandi potestatem. Nunquam amittitus varam libertatem indifferentię. Atque hæc fidei veritas est. Et alibi: *Liberitas, quæ secundum D. Thomam consistit essentialiter in potestate hæc actusq; faciendi, quod præceptum est, aut non faciendi; potestas ad opposita.* Videat Anonymus, quantum sui etiam fautores Catholici absint à Pelagianismi postulandâ libertate indifferentię; quippe quam & ipsi agnoscunt, & veritatem esse fidei declarant.

XII. AUDIERE sine fronte asserere contrarium, est publicè fœdus pangere cum hæresiarchis. Contra potestatem electio-  
nis, & indifferentiam acriter in *Institutionibus* disputat Calvinus. Inspiciatur tantummodo libri 2di caput totum hoc titulo: *Hominem arbitrii libertate nunc esse spoliatum, & misera servituti addictum.* Qui demum reperi interorthodoxos potest, qui ausit defendere, aut fovere opinionem, quam D. Thomas declaravit absolute hæreticam? Ubi Sanctus agit de electione, & an habeat homo liberam electionem suorum actuum, an verò eligat per necessitatem, narrat siue nonnullos, qui dixerint itidem, ut eorum posteri faciunt, moveri voluntatem, hominis necessariò ad eligendum, ideoque carere libertate indifferentię, esse nihilominus liberam, quando talis necessitas non à vi ulla proveniat. Hoc ita decedit vir sanctus: *Hec eudem opinio est heretica; tollit enim rationem meriti, & demeritum in humanis actibus.* Subdit postea, quod talis opinio non solum contrarietur fidei, sed subvertat omnia principia Philosophiae Moralis. Profiteatur Anonymus non assentiri se hæc in parte Jansenio; sed sicut facit, quia postmodum plus vice simplici declarat, hanc indifferentiam non esse essentialē libero arbitrio; riderque nos, quod credamus nos posse & agere, & non agere; sūoque gloriatur argumento, quod non possint bene & male operari beati.

## C A P U T II .

Anonymus palam impugnat, videlicet que dogma de concessione nobis à Deo gratia sufficiente.

<sup>III. p. 83.</sup> GRANDE enim verò hoc delictum est. Ita hæc de re acturus orditur in libro novo, ridens Catholicos, quies tanto hæc opinio est horro. Ridebat etiam illos Jansenius, <sup>Jans. 1. 2.</sup> dicens: *Gratia sufficiens videtur monstrum quoddam.* Cujus libri tertii caput primum sic inscribitur: *Ostenditur, nullum dari postulatum adjutorium sufficiens, quin simul sit efficax.* Anonymus deridiculo habet celeberrimos Theologos hodiernos, Augustinianos, & Dominicanos;

nos, & Dominicanos; qui phrasū sive scholæ scripsierunt: *Hæresin Jansenianam confitente præcipue in eo, quod negat gratiam sufficientem; nec deesse eam habentis aliud, quam bonam operandi voluntatem. Sufficientem Thomisticam esse verissimè, & propriissimè sufficientem; definitumque jam sum esse à Concilio Tridentino, omnibus dari sufficientem, & contra Calvinum, non tolli à nobis unquam indifferentiam potestatis, ne quidem per efficacem, aut per physicam præmotionem: Et loquendo de infidelibus, colligi ex S. Augustino, quod nemini hominum omnis deficit, nec aliqua saltem imperiatur gratia, jureque damnataam esse sententiam, quod gratia interiori non resistatur.*

Conf. I. 1.  
c. 6. &c.  
t. 3. p. 1003.  
ed. Ver.

Omnis haec sententia, cum Authoribus suis Augustinianis, & Dominicanis possunt videri accuratè, ac pressè relatæ, adductæque in Confirmatione. Miserae sunt apologiæ, in quibus nihil adhuc respondeatur Cardinali Norisio, ubi docet, posse nos in omni tentatione per gratiam sufficientem nos ad Deum convertere, ab eoque majorem flagitare gratiam; nihil quoque Cardinali Gottio, ubi docet, sufficientem t. 3. p. 276. omnibus conferri, etiam infidelibus, & obduratis. Ex adverso affirmat Anonymus, gratiam hoc modo sufficientem admitti etiam à Jansenio, & Jansenianos hoc vocabulum hodie admittere, quod unde hauriat, quis dicat? Ideo forte scriperit in primo: *Gratia sufficientis vocabulum scipere minime remunam, nolens nimis ab hodiernis distinctionem facere.* Verum ut veri simus Catholici, rem ipsam, non sola duntaxat verba oportet admittere. An, quia hoc vocabulum apud veteres in usu non fuit, continuò rejicitur, qui veritatem hanc nullo non tempore docuit? Sed, nunquid etiam habemus hoc vocabulum in vulgaritate? *Sufficit tibi gracia mea in temptationibus.* Nunquid id adhibuit S. Augustinus, cùm scripsit, jure reum esse, qui non bene operatur, quia accepit voluntatem liberam, & sufficientiam facultatem? Nunquid dixit Theodoretus in epistolam ad Romanos: *Habemus sufficientis adjutorium, gratiam Spiritus?* Quomodo potest dicere, non esse unquam decretum, gratia sufficientis dogma ad fidem pertinere? Quando Alexander VIII. damnavit dicentes: In Paganis, Judæis, & hæreticis esse voluntatem ruidam, & inermem si ne omni gratia sufficienti, non expresit & dogma, & vocabulum? Et quando damnavit eos, qui ad carpendas disputationes, explicationesque scholasticas, dixerant: *Gratia sufficientis statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, nonne confirmavit. Catholicam doctrinam?*

III. p. 322.  
I. p. 102.  
III. p. 322.  
<sup>de lib. arb.</sup>  
<sup>I. 3. c. 16.</sup>

II. Tota ratio, quam ad tantum tuendum errorem adfert, hæc est, quod dis-

(1) VIII. 26. *Exponit de ceteris impugnat.*

H h h

ceptent inter se scholæ Catholicæ de modo sufficientiam hanc explicandi, quodque alii ita; alii aliter eam explicitent, nec definerit Ecclesia, quænam inter has explications anterenda sit. Non visum fuit ante hunc dñm ratiocinium magis ineptum, hypothesis magis inconcinnia, & falsa; eò quod varii modi ab omni scholâ Catholicâ usurpati nequaquam officiunt summe dogmatis, quod semper sarrum, tectum manet; neque ulla unquam hâc de causâ inusit alteri notam hæresos; estque fallis-  
simum, quod sèpius repetit Anonymus, si una scholarum recte judicet, alteram fore hæreticam. Nova sensa Lutheri, & Calvi-  
ni induxerâ scholasticos ad usurpanda vo-  
cabula sufficientis, & efficacis, atque ad  
distinguendâ hoc modo gratiam, ut rec-  
tâ refunderet ipsorum sophismata, magis-  
que in aprico ponenter. Subriles illæ con-  
troversiae natae postmodum circa modum  
explicandi istorum vocabulorum effectus  
Philosophie portiùs, quam Theologie par-  
tus fuere. Theologo, quantum ad sufficienti-

Rev. 1. r. tem spectat, sat est scire, ejus virtute omnes homines hoc posse, si velint, quemadmodum dixit S. Augustinus. Unde si peccamus, nostra id culpâ accidit. Fas sit adjungere hoc loco modum, quo conatus mul-  
tos ante annos nodum hunc solvere fuit Massejus in Dissertatione nunquam editâ Valere nimirum jubebat ipse concertatio-  
nes omnes scholasticas, sequâ istâc diffi-  
cultate expediebat in hunc modum: *Gratia sufficiens illa est, quâ positâ qui peccat, se-  
reum efficit coram Deo, pñnamque meretur;*  
*& quâ sublatâ imputabile peccatum non for-  
id committenti.* In hoc scholæ Catholicæ  
omnes convenient, atque hæc sufficiunt,  
quantum spectat ad dogma Catholicum.

III. QUANDO itaque scripsit S. Augus-  
tinus esse gratiam, quæ communis est bonis,  
& malis, id quod de operante non potest  
intelligi; quando consensus Patrum, &  
scholarum docuit, largiri misericordem  
Deum omnibus gratiam aliquam interior-  
em, ac supernam; quando summus Pon-  
tífex damnavit docentem, esse Paganos si-  
ne gratia sufficiente, nunquam certè affe-  
III. p. 86. rere poterit Anonymus: *Declarâisse Eccle-  
siam obiter ac temere veritatem aliquam fidet  
in meritis conscienti vocabulis, nec poterit  
dicere, reliquise Deum tot seculis in hâc ig-  
nâriantâ Ecclesiam suam, ut postremis hisce  
temporibus dogma hoc rev. laret cuidam schol-  
astico.* Semper fuit nota hæc veritas, in-  
notescit ipso usu rationis, nec consistit in  
horum portiùs, quam aliorum vocabulorum  
usurpatione sed in fide, quod cùm Domini-  
nus nota fecerit omnibus præcepta, tan-  
tum etiam omnibus impetratur gratia, ut  
observationem omnibus reddat possibilem.

Consistit in confessione, quod si quis ten-  
tatus gratia careret sufficiente, hoc est que-  
sat præberet vir'um ad resistendum, altera  
Jansenii: *Deest quoque illi gracia, quâ possi-  
bilia fiant, forer verillima.* Imò nè gratia  
quidem operante destituimur, nisi nostrâ  
culpâ. *Gratia Dei est, quæ bonum adjuvat*  
t. 10. p. 54.  
*voluntates, quâ ut non adjuventur in ipsis iti-  
dem causa est, non in Deo.* S. Augustinus est,  
qui loquitur: *Intelligit id de efficaci, quam  
distinguit à primâ tantummodo excitante.*

Sic D. Thomas: *Defectus gratia causa est à  
nobis.* Et in alio opere: *Illi soli gratia pri-  
vantur, qui in se ipsis gratia impedimentum  
præstant.* Et Concilium Tridentinum: *Deus  
enim nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut ca-  
pit opus bonum, ita perficiet, operans velle, &  
perficiere.* Tuto hoc comitatu instructus P.  
Lemos, Thomista insignis doctore in quodam  
capite sue Panoplia ostendit: *Non ex de-  
fectu auxili prozenire, quod habens auxilium  
sufficiens non habeat efficax; quia gratia om-  
nibus datur, nisi homines ipsi impedimentum  
præstant; ita ut facile constet, quod habens au-  
xilium sufficiens, si ei impedimentum non præ-  
taret, haberet utique & ipsum auxilium effi-  
cax.* *Unde, quod non habeat auxilium efficax,*  
*ex sua culpâ est.* Consistit autem impedimen-  
tum in eo, quod sufficienti resistat. Habe-  
bit efficacem, nisi homo illi sufficienti auxi-  
lio desit, ei videlicet resistendo. Concludit,  
quod Deus tribuens auxilium sufficiens, in eo  
offert efficax, & quia homo resistit sufficienti,  
privatur efficaci, quod sibi offerebatur. Est ita-  
que certo quodam modo etiam efficax in  
nostra potestate. Ut autem progrediamur,  
non perdemos tempus confutando dicen-  
tem, mutilatos esse textus, nè quidem ad-  
ductos, aut adductos sensu integrissimo; &  
immutantem adversario, quod totus uni  
scholarum addictus sit (quodli esset, num  
idcirco proscribendus forer?) quando Za-  
varonius, Theologus insignis, testatus est  
in approbatione sua: *Neque enim uni,  
aut alteri opinionum scholasticarum addictus  
est, sed in usque ad Catholicæ dogmata non  
attinet, indifferenter se habet, & hæreticas,  
aut hæresi proximas, & aliquo pacto damna-  
biles unicè sententias impugnat.* Multò minus  
respiciendum est ad formum illud com-  
mentarium toties contra conscientiam di-  
vulgatum, assutas esse alienâ manu laciniias,  
atque in probanda Confirmatione tergiver-  
satos nonnulli fuisse Censores; utpote fal-  
sitates, ac commenta, quibus non poterant  
confingi magis Chimericæ, magisque  
ridiculæ, quasque ipsem Anonymus, ut  
vulgo creditur, optimè agnoscit.

IV. TEMPORI D. Thomæ vocabula  
sufficientis, & efficacis nondum fuerant in-  
troducta, neque adhuc auditæ. Hoc non  
obstante citat eum noster non semel, quasi

de iis egisset, & vocabulo gratiae sufficientis aliam indidisset significationem. Perperam huc detorquens, que ipse protulit de causis sufficientibus, earumque effectis. Acutè insuper notat, non idcirco ipsum fuisse habitum Jansenianum, aut Quesnellianum. Inde colligit, notum hoc dogma novum esse, ideoque rejiciendum, eoque identidem reddit, multumque sibi eā de re placet. Repetit quoque in hoc libro caruis-  
10. p. 275. se damnatos gratiā sufficiente. Cūm attac-  
tum fuerit in historiā, exemplum de par-  
vulis alium prorsus in finem allatum ab Au-  
gustino fuisse, quām ut inde deducerent, non  
concedi adultis gratiam sufficientem, col-  
ligit Anonymous, accusari hoc dicto Sancti-  
tun ignorantie, atque erroris. Videbitur cer-  
tè hoc adūtor: Verū si quis fidem non  
habet, locum inspiciat, licet. Irrefraga-  
bili illā Augustini autoritate, quod reus  
fit, quisquis non pro eo ac debet, opera-  
tur, quia accepit voluntatem liberam, & suf-  
ficiētissimam facultatem, lepidè se expedit.  
Ac primum quidem ait: Videantur retrac-  
tationes, in quibus tamen nulla hujus dicti injicitur mentio. In capite ab ipso relato  
recitat quidem Sanctus ex libro illo: *In vo-  
luntate nostra esse constitutum, ut hoc vel frua-  
mur, vel careamus tanto, & tam vero bono;*  
id quod omnino pugnat cum novo syste-  
mate. Longa deinde sequitur series diolorum  
similium, quæ tantum abest, ut retractet,  
ut potius confirmet; monens tamen, nè  
iis efferantur Pelagiiani, qui liberum sic offe-  
runt voluntatis arbitrium, ut Gratia Dei non  
relinquant locum. Dicere postmodum ten-  
tat Anonymous, intelligi hoc loco à S. Au-  
gustino Adamum, suisseque huic soli con-  
cessam voluntatem liberam; sufficientemque  
facultatem. Sed, quid si de Adamo nec  
ante, nec post ulla incidit mentio? Si dici-  
tur: *Ex eo igitur, quod non accepit, nullus  
reus est, eo verò, quod non facit, quod debet,*  
justè reus est? Si sequitur, quod omnibus  
Deus & velle præcepit, & posse præbuit, &  
hoc debet quisque, & quod ideo non sit mo-  
dus adscribendi peccata nostra Creatori nos-  
tro Deo? Quomodo non loquitur de omni-  
bus, sed de solo Adamo? Nonne hoc est  
sponte suā cœcūtire, invitā ac reluctantē  
conscientiā?

V. ERIT, qui miretur, cūm videt non  
deesse, qui omni modo persuadere conen-  
tur, infinitos hoc modo à Deo misericor-  
de deserit. Verū tantum valet tuendae sen-  
tentiae studium in eo, qui docuit: *Post lap-  
sum Adæ nullum datur adjutorium merè suffi-  
cientis, quin simul efficax sit; item: Interiori  
gratiae in statu naturæ lapsæ nunquam respon-  
satur.* Ita & Anonymous noster nec de suffi-  
ciente, nec de præveniente, nec de coope-  
rante gratiā sermonem inferri vult, sed de

illā solā, quæ in infusione virtutum confis-  
tit, & de quā dicit, gratiam hanc interiorem  
esse fidem ipsam, & amorem Dei; & esse do-  
num Cœlestis illius sapientiæ, quā virtutes con-  
tinetur omnes. Idem confirmat in sequen-  
tibus. Conjugatur hoc ejus principium  
cum alio illo, quo defendit secundam Ques-  
nelli, quod sine eā gratiā nec fiat quidquam,  
nec fieri possit. *Absque illā non solum nihil  
fit, sed nec fieri potest.* Hinc exploso dogma-  
te, contra sensum communem, quod uti  
debeamus sufficiente ad implorandam à Deo  
majorem, non horret pronunciare: *Si ha-  
bemus gratias sufficientes, hoc est, quæ sat pre-  
bent virium, non est, quod aliud quid postule-  
mus.* Non pudet eum asserere, honorificè à  
Thomistis, Augustinianis, & Molinistis  
compellari *Quesnellum*; imò subministrari ei-  
dem arma, quibus se protegar, cūm dicunt,  
damnatas aliquot ejus propositiones, *quod  
gratiam diminunt sufficientem.* An audebit  
Christianus vitio dare benignissimo Deo,  
quod damnaverit, damnaturisque porro  
lit turbam immensam ad infernum perpe-  
tuum; quin concederit, aut concedat tan-  
tum gratiae, quantum sufficerit, & sufficiat,  
ut minimum se subtrahendi quivis nancis-  
catur potestatem? Tribui hoc casu non vo-  
luntati depravatæ, sed gratiæ necessariæ de-  
fessui possit damnatio: An concipere quis  
animo majorem potest blasphemiam? Cui  
bono cedere sophismata ad inveniendas  
difficultates in vocabulo, inveniendasque  
quæstiones priscis seculis inauditas? Suffi-  
ciens illa est, quā postā, qui peccat, reum  
se efficit coram Deo; & quā sublatā imputabi-  
le peccatum non forez id committenti. Docet  
D. Thomas gratiā in testamento novo ad-  
juvari hominem ad non peccandum, at non  
idcirco eum reddit *avauātor*; docetque,  
acepīt hāc gratiā, majorem mereri pœ-  
niam peccatorem, auxilio sibi dato non uten-  
tem, quia gratia, quantum est de se sufficiens  
auxilium dat ad non peccandum. Sufficiens  
illā erat aliud non significabat, quām quod  
re ipsā satis est, adhibebatur quippe tan-  
quam vox communis, non tanquam voca-  
bulum scholæ proprium. Mirum profec-  
tō est, quod novi systematis promotores  
vel solum etiam nomen D. Thomæ profer-  
re ausint, utpote qui in locis quām pluri-  
mis scripsisse videtur ut eos convinceret,  
ac planè jugulatos daret.

## CAPUT III.

*Anonymous falso prædicat, aetus nostros  
infundi voluntati.*

NON sufficit in materiā hāc delicatā, quod  
propositiones secundum se spectare  
bonam possint in partem accipi. Conside-  
rare eas oportet relatè ad sententias illius  
auctoris; necesse insuper est, non declinare

H. h. 2

illas ab antiquo idiomate, & usu passim in Ecclesiâ recepto. Censet, jaſtitâque tan-  
m. p. 47. quam caput fidei Anonymus noster, quod  
*D. us immediate, ac proximè infundat actus*  
*voluntati.* Jansenistæ antiqui, atque ipse  
Quesnellus recentiorum caput, id nunquam  
dixit, unde ſyſtema hoc nunc ſolummodo  
perficitur. Ad conciliandam aliquam phra-  
ſi huic authoritatem opus foret gravi quo-  
dam testimonio cuiusdam S. Patris, vel  
Concilii, vel monumenti antiqui. Quando  
verò nemo unquam in Ecclesiâ repertus  
fuit, qui ita diceret, atque ita loqueretur,  
quo id jure audebit homo privatū? Quo  
id audebit jure, poſtquam ſæpius exclama-  
vit, novi nihil debere admitti, nec velle ſe-  
vel hilum abire à quinque primorum ſæ-  
culorum idiomate, ac phraſi? An unquam  
ſi locutus est Augustinus, quem unicè ſe-  
sequi proſitetur? Et quomođo ſe contra  
D. Hieronymum turabitur, in quo legitur:  
in Gal. t. 2.  
c. 488.  
v. la Conf. p. 222.  
Conf. p. 221.  
I. 2. qn.  
55. a. 4.

*Persuasio noſtra non eſt ex eo, qui vocavit noſ*  
*(meliùs, quām veſtra & noſ) ſed ex nobis,*  
*qui conſentinus, vel non conſentinus vocant?*  
Que remaneret ad conſentendum, vel non  
conſentendum libertas, ſi ſupernā virtute  
infunderetur conſensus? Recentiores ille  
Theologos profecto haud magno in censu  
habet; professus tamen eſt, magni ſe face-  
re Patrem de Rubeis, virum ornatissimum,  
atque abunde notum, & certe non Molinianum. Ille autem de verâ notione actus li-  
beri ſcripsit, non poſſe illum unquam tam  
appellari, ſi velinus eum immediate infuſum,  
inſpiratum, & productum in nobis ab opera-  
tione Dei increat. Professus item eſt, mag-  
no ſe loco habere P. Danielem Concinam,  
quem pariter dicere non poterit Molinistis  
favere. Is verò ſcripsit adeò contrarias his  
eſſe doctriṇas ab illo defenſas, quām eſt con-  
traria lux tenebris, & Cœlo infernus. Ubiigit  
tum praeſidium inveniet, ſi ita loquuntur,  
quos ſecum facere proſitetur.

II. FRUSTRÀ recurrit ad hymnum: *In-  
fundere anno em cordibus*, quia tali precatione  
imploratur Dominus, ut caritatem nobis  
infundat habitualem. Si Deus præter habi-  
tus infunderet etiam actus liberos, quid re-  
liquum ſiet arbitrio? Infundere quando lo-  
quimur didacti, innuit actionem in in-  
fundente, & meram paſſionem in recipien-  
te. Idecirco in virtutibus infuſis nos non  
operamur. *Cauſa efficiens virtutis inſuſe Deus*  
*eſt; proprie quod dicitur; quam Deus in no-*  
*bis ſine nobis operatur.* Hoc eſt diſcremen-  
ter infuſis, & acquisiſtas. Hinc de his ſub  
ſinem articuli ait Angelicus: *Quæ verò per*  
*nos aguntur, Deus in nobis cauſat non ſine*  
*nobis agentibus.* Quemadmodum igitur,  
quando caritas habitualis nobis infunditur,  
in partem actionis nos non venimus, ita  
nec veniremus in actibus amoris; ſi illi eo-

dem etiam modo nobis infunderentur?  
Quod infundatur nobis ex merito Salvato-  
ris gratia sanctificans cum toto ſuo comi-  
tatu, diſcimus ex Concilio; nunquam ve-  
rò, quod in voluntate producantur actus  
liberi eodem modo; quia & hos unire ſibi  
debet voluntas, ut eos producat. Sine hoc  
dicere qui poſſet S. Auguſtinus: *Ipſe dat* tom. 5. p.  
*vires, ut, quod jubet, impleri poſſit?*

III. LINGUA Ecclesiæ ſemper hæc fuit,  
quod gratia fit auxilium. Ita ſexcentis in  
locis docuit Auguſtinus. *Adjuvat, ut aga-  
mus.* Si verò omnipotens Dei operatio  
actus ipsos infunderet, non eſſet auxilium,  
ut faciamus, ſed effectrix executio, atque  
perfecta impletio eorum, quæ fieri oportet.  
Qui non operatur, ſed quod infunditur,  
merè recipit, non potheſt dici adju-  
vari. Doctor noster: *Non adjuvatur, inquit,*  
*nisi qui & ipſe aliiquid agit.* Et alibi: *Adju-*  
*de perf.*  
*tor noſter Deus dicitur, nec adjuvari potheſt,*  
*nisi qui etiam aliiquid ſponte conatur.* Docet in PG. 12.  
indem, gratiam eſſe inspirationem dilectionis,  
ut cognita ſancto amore faciamus. Si dilec-  
tio inſpiratur, ut faciamus, facere igitur  
nos Divinâ opitulante gratiâ debemus,  
neque jam factum eſt, quemadmodum eſſeret,  
ſi ipſi nobis actus effent inſuſi. D. Thom-  
mas aucturus de gratiâ, traſtare coepit de  
Deo, prout ab ipſo adjuvamus ad recte agen-  
dum. S. Bernardus ſcripsit, quod conſensus  
nutus (f. motus) eſt voluntatis spontaneus.  
Quid opus conſentire? Quis motui ſpon-  
taneo, atque electioni locus, ſi actus ipſi  
absoluti planè ac perfecti aliunde in nos  
immigrant? Verum equidem eſt, quod  
fides & amor producantur à Deo in nobis;  
at ita producuntur, ut ſimul producuntur  
à nobis, producuntur quoque cum merito,  
quia inconculta manet facultas ad op-  
poſita, id quod non eveniret, ſi ipſi no-  
bis actus à Deo manu ſuā omnipotente in-  
funderentur. Ut evincat, inſpirare amo-  
rem idem eſſe, quod actus infundere, de-  
torquet in rem praesentem locum hunc D. Thomae:  
*Si Deus moveat voluntatem ad ali-  
quid, impoſſibile eſt huic poſitioni, quod vo-  
luntas ad illud non moveatur.* Sed cur trun-  
cat periodum, quæ ita pergit? non tamen  
eſt impoſſibile ſimpliciter, unde non ſequitur,  
quod voluntas à Deo ex neceſſitate moveatur.  
Toto illo articulo oſtentit S. Doctor, quo-  
modo ita voluntatem Deus moveat, ut non  
ex neceſſitate ad unum determinetur. In cuius  
rei confirmationem ad fert ex Ecclesiastico:  
*Reliquit eum in manu consilii ſui.* En, quām  
aperte iſta in nouum ſyſtema congruant.

IV. CREDERE videtur adverſarius non  
impugnat hanc ſuam opinionem, niſi per  
tò immediate: Sed toto errat Cœlo;  
quia ſine hoc etiam adverbio error æque  
ſubſtit. Intendit ipſe hoc pacto exclude-

re gratiam, consideratam à se tanquam medium indignum, atque injuriosum omnipotentiae. Quasi ex eo, quod Deus utatur terra, & pluvia ad plantas producendas, sequeretur ipsum nec terrae, nec pluviae esse auctorem. Verum, quia etiam tō immediatē potest male intelligi, ut id declararetur; atque intelligeretur, non exclusi oportere gratiam prævenientem & præsum ad sanctas actiones influxum, relatum in Confirmatione fuit dictum S. Thomæ: *Humanorum actuum non possumus ponere causam ipsum Deum immediate.* Hic enimvero Anonymus turbas cicer incipit. Exercari incipit *malitiam citationem, & malam fidem,* quod ita citatum fuerit *de lib. arb. qu. 24. art. 3. præt. 7.* quando sic debuerat: *De lib. arb. qu. 24. art. 1. præt. 7.* Pergit inveni in enormem mutilationem textū, quā fuit, ut *Sanctus dicat planè oppositum.* Adferatur itaque longā serie locus ille, cuius in Confirmatione sola allata fuit conclusio, quia pluribus nō opus erat. Si totus recitetur, nec pars melior truncatur, ut facit Anonymus, mens Authoris confirmationis eō magis elucescit; atque appareat, quomodo etiam alia de causa non oporteat dicere immediatē. *Omnium, quæ sunt, aliquam causam ponere oportet; sed humanorum actuum non possumus ponere causam ipsum Deum immediate,* quia ea, quæ à Deo immediatē sunt, non possunt esse nisi bona; actus autem humana sunt quandoque boni, quandoque mali. Similiter non potest dici, quod humanorum actuum sit causa necessitas, quia ex necessitate præveniunt, quæ semper eodem modo se habent, quod in humanis actibus non videntur. Ostendit vir sanctus, non oportere dici, neque esse Deum causam immediatam humanorum actuum; quia, si ita foret, omnes essent boni, quando ex adverso modo sunt boni, modo mali. Id quod itidem ex eo ostendit, quod nec uni, nec alii proveniant ex necessitate (quemadmodum provenient boni, si insunderentur immediatē Deo) quia non sunt uniformes, sed variant. Observetur insuper quomodo finiatur paragraphus. *Relinquitur igitur, ipsum hominem faciem esse principium suorum propriorum actuum,* & per hoc esse liberū arbitriū. Nonne videtur tibi lector benevolē, summo jure spem suam hoc in articulo reponere? Habetur etiam haud multō post: *Apparet hominem liberē unum eligere, & aliud refutare;* & paulo ante: *In homini potestate est facere, & non facere;* item: *Homines sunt Domini suorum actuum.* Quibus pariter verbis subvertitur, quidquid in prolixo suo capite molitus fabricatusque fuit adversarius.

V. PRIUS jam tum diruta fuerant omnia in Confirmatione, allatis alii ex eodem

authoritatibus. Dicendum, quod sumus Domini nostrorum actuum, secundum, quod possumus hoc aut illud eligere. Dominum, quod habebat voluntas supra suos actus, per quod ita ejus est potestate velle, vel non velle. Qui igitur sumus Domini nostrorum actuum, si Deus per se operans eos infundit, & ipsas voluntati omnipotentiae suā infundit volitiones? Qui sunt isti in hujus potestate, & qui poterit pro libitu suo velle, & non velle, hoc potius, quam istud eligere, si actus ejus & volitiones à vi superiori ei imprimitur? Quando Deus virtutes infundit, an in hominis potestate est eas habere, vel non habere? Non sane. Atqui idem foret de actibus, si essent pariter infusi. Ad istas authoritates non responderet adversarius, sed saltu evadit ad illam, quod possit homo resistere motioni Divinae. Sic Deus movet mentem humanam, ut tamen possit huic motioni resistere, & triumphum agit, quia typus articulum primum citat loco septimi. Meminit deinde Orationum Ciceronis, atque inde statuit, si Deus velit mentem movere, impossibile esse eam non moveri, quā de re vide supra caput 10. libri primi, & Doctrinam D. Thomæ, quod verē in potestate liberi arbitrii sit impedire Divinæ gratiæ receptionem. Quod, quando actus amoris concipitur, simul concurrent duæ causæ efficientes, Deus nimirum, & voluntas, nemo unquam inficiatus est, hoc negatur, quod pars illa quæ spectat ad hominem, tota à Deo sit, cuiusmodi foret, si ab ipso voluntati insunderetur. Adduci hoc loco posset dictum illud S. Augustini: *Non enim quia Deus creat hominem, non ideo homo ex homine nascitur.* Quod Spiritus Sanctus ad commovendam voluntatem utatur gratiā tanquam instrumento, nil prouersus immissæ ejus dignitati officit; quemadmodum docuit D. Thomas non officere, quod natura sit instrumentum quoddam Dei moventis. Vis tamen solutionis ad id, quod possimus huic motioni resistere, consistit in insolenti illo ac novo invento motionis moti; de quā vide, quæ diximus cap. 9. libri præcedentis. Vide item in decimo, quæ dicta sunt contra afférentem: *Si Deus producit in nobis fidem,* III. p. 52. *spem, amorem, impossibile est, voluntatem non credere, non sperare, non amare, quandoquidem Deus est omnipotens, neque potest ejus actioni voluntas humana resistere.* Quali vero cum productione Divinā copulari non oporteret liberam nostram productionem; & quasi id genus actus Deus producat in nobis sine nobis, neque producat illos semper, quin auferat dissentendi potestatem, quo casu productio nostra esset sine merito, ut dogma habet Catholicum. Ubi etiam observanda frons illa venit, quod conteste-

H h 3

P. I. qu. 82.  
a. 1.  
Conc. Gen.  
I. 1. c. 68.

tur, insuperabilitatem non tribui nisi actioni Divinae, quando, si possibile non est, ut voluntas non credit, non amer, eadem ejus actionibus tribuitur, utpote ab actione Divina inseparabilibus. Jucundum porro argumentum est, quod ducitur ex hypothesi. Posito enim quod credit, speret, amet, quomodo potest eodem tempore non credere, non sperare, non amare? Ita nimur argumentatur acutus Anonymus. Profecto posito quod res sit, est certissime. Nunquam ante hunc diem subtile adeo, ac perspicax reperire fuit ingenium, quod modum quendam generalem, atque insuperabilem omnia evincendi, speculari, acutèque vibrare sciret. Vide caput ult. lib. I. Lepido hoc commento sartum tectum putat, atque evidens, quod tollatur nobis potestas.

**V. CLAUDAT** caput hoc quædam animadversio. An fortè ille fas esse putat in Theologico loqui pugnantia? Eorum, qui post Concilium Tridentinum dogma hoc reverttere conati sunt, stratagema semper hoc fuit, nè ostenderent everti à se libertatem, imò ejus se se profiterent defensores; novas interim assertiones, novasque propositiones excogitent, quibus excludatur, ac pessum plane detur libertas. Ita planè facit Anonymus, exaggerans non semel, ipsos etiam beatos sine libero arbitrio redigendos ad conditionem bestiarum, at iisdem in libris docens, gratiam esse necessitatem, actus nobis infundi, non esse libertatem ad actus bonos, & malos, non concedi nobis gratiam sufficientem. Mirabilis ille modus, quo operatur Deus non incredibilis sit operet, aut repugnans. Nemo nescit, essentiam libertatis consistere in facultate se determinandi. S. Thomas: Non est homo liber a arbitrii, nisi ad eum determinatio sui operis pertinere. Et denuo: Quod determinatio exeat in hunc actum, vel illum, non est ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate. Jam verò affirmat Anonymus, amorem esse ipsam voluntatis determinationem; & repetit: Amorem infulum non esse aliud præter ipsam voluntatis determinationem. Manifestum igitur est, non esse juxta ipsum voluntatem, quæ per liberam se electionem determinet; sed provenire ejus determinationem pro rursus aliunde, ab infundente nimur. Rectè itaque dicit eadem paginæ: Necessarium omnino est, ut voluntas amet, & credit. Dicit also in loco: Hæc est illa necessitas, quæ nascitur ex Deo amorem actionem infundente. Quid igitur juvat subdere postmodum, id non incommodare libertati; hominem nihilominus amare liberè? Nonne hoc est ludibrio habere eos qui aut auctoriant, aut legunt?

in 2. gent.  
dilect. 28. qu.  
I. a. 1.

I. p. 149.  
II. p. 169.

C A P U T IV.  
Anonymus Pelagianos facit Catholicos,  
& contra.

F A C T U M hoc luculenter demonstratum Conf. p. 66. fuit in Confirmatione. DiEtum fuerat in historiâ, quod nequeamus nos ad Deum convertere, nisi ipso excitante, atque adjucante. Afferit Anonymus idem dictum fuisse a Pelagio, & Juliano, in modo plusculum aliquid. Hui n. p. 43.

Theologum! Dixerint Pelagius, non posse se hominem convertere ad Deum nisi eodem excitante? Non posse illum sine prævio interiore Dei clamantis impulsu? Ille nimur Pelagius, ille Julianus, qui per fidem docebant, posse sufficere naturam humam; item voluntatem & actionem nulli Dei p. 224. p. 248. adiutorio indigere? Referuntur saepe in histo-

riâ Theologicâ, Deum esse, qui producat in nobis velle, & operari, nec dare solum protestam, & juvare, sed operari etiam in nobis ipsam velle, & operari. Affirmat Anony-

mus, nisi quid plus dicat, in suspicionem venturum de conspiratione cum Arminianis.

Vix possibile videtur, ita ratiocinari, qui figuram refert humanam. Affirmat idem, admisso Pelagium gratiam prævenientem,

quæ excitat, potestatēque largitur. Adferit locum S. Augustini ex Pelagio periculum recitantis, post quam: En, inquit, plane

consistentem Pelagium illam historici prævenientem gratiam, quæ excitat interius, potestatēque largitur. Quid verò habetur in verbi illis, quæ sunt in capite decimo de gratia Christi, & non in s. t. Habetur, dixisse Pelagium, operari Deum in nobis, ut velimus bonum futuræ glorie magnitudine,

& præmiorum pollicitatione; habetur, excitari à Deo voluntatem revelatione sapientie:

Habetur nimur summa heresis Pelagianæ, scil. quod non consistat gratia in auxilio superno occultas vires voluntatis præbente, eamque boni salutaris ac meritorii capacem reddente, sed in persuasionibus, ac rationibus. An ita se res habeat, interrogemus ipsummet S. Augustinum, qui re-

citat prædictis Pelagi verbis, ita pergit: Quid manifestius, nibil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur, quod bonum est, quam legem, atque doctrinam? Non adferunt hoc ab Anonymo, qui truncans verba de more, relinquunt dictum Pelagii sine explicatione, quam dat Sanctus. Ubi igitur aliud Augustinus non vidit, quam doctrinam & legem, ipse videt gratiam prævenientem Catholicam, videt gratiam quam dat posse. Si hoc nascitur ex defectu ingenii, non attingat materias ita delicatas, sin ex errore voluntatis, se commendet, carique commendari Deo. Potestas, quam dat gratia, non est potestas volendi in po-

tentiâ, t. 10. col. 235.

l. 1. a. 1.

*tentia*, sed volendi *actu* bonum meritorum, illudque operandi; unde à sola Divinitate, & intrinsecā virtute concedi ea nobis potest.

Aug. ep. 186. n. 37. Pelagiani contrā gratiam Salvatoris putant

*confidere in solis viribus voluntariis.*

Conf. p. 65. 11. DICTUM in Confirmatione est, id quod Pelagius, & Julianus callide demum gratiae concesserē, nunquam fuisse actionem virtute supernā in animā productam, neque aliquid, quo sit efficacior, ut operemur. Ad ostendendum, quod etiam hoc gratia Julianus tribuerit (quae res ipsum reddidisset ex ase orthodoxum) adducit jam Anonymus, virtutem supernam esse praeſum notitiam, expressissime id Julianum his ver-

III. p. 229. bis: Hanc gratiam locupletum Spiritualibus donis credimus. Ut autem agnoscatur, quantum ad rem nostram hoc dictum faciat, dispiendū est, de quo tum temporis actum fuerit, & de quā gratiā locutus fuerit Julianus. Agebatur itaque de peccato originis, & gratiā, quae advenit per baptismum. Ideo

Op. imp. l. i. n. 53. responderet Augustinus: In illis, quae connumerasti gratiae munieribus, illud, quod prius posuisti, dari per illam reis veniam, non vis ad parvulos pertinere, quos ullum reatum negas ex Adam trahere. Videntur quā pulchre probetur, his verbis: Spiritualibus donis mirificè intellexisse Julianum, quod gratia interior faciat, ut operemur? De effugiis, receptibusque inutilibus, ac mendacibus Pelagi, & Pelagianorum lat supēr que agit Caput XII. libri VII. historia Theologica

III. DICITUR in Confirmatione, ne illes quidem gratias, admiserē, censuisse Pelagianos necessarias esse ad quemvis actum meritorium. Opponit adverlarius, ubi dixit Pelagius sibi ipsi contradicens, dicere se anathema ei, qui sentiret necessariam non

de gr. Chr. L. i. n. 2. esse gratiam per singulos actus nostros. Hoc equidem posset admitti sensu Catholico, & vero; eoque admittitur à S. Augustino in responsione, simul tamen declarante, non intelligere id illum de verā gratiā, fuisseque hæc verba simulata, ac ficta: Quaenamquidem in epistolā, quam Romam misit, nihil aliud sentire monstratur, quam id, quod damnasse videbatur: Nam gratiam Dei, & adiutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in naturā, & libero ponit arbitrio, aut in lege, atque doctrina. Non igitur doctrina hæc unquam fuit Pelagiana, sed fictio, sed simulatio, nē fulmine Apostolico percelletur.

IV. JACTAVIT Anonymus, concessum fuisse à Pelagio, non solum donum credendi, sed omnis etiam boni, quod agere & cogitare II. p. 42. possumus, esse opus Dei. Nihil desiderari patitur, ad eum omni labore purgandum. Ad pulchrum autem hoc assumptum probandum. Post solitos suos risus, & jocos, vix dici potest, quam insulso, & in gravi adeo

materiā inopportunos, persuadere conatur, docuisse idem S. Augustinum, quia hæc de Pelagio nobis verba retulerit: *Ut de gr. Chr. generaliter universa complectar, quod possumus, omne bonum facere, dicere, cogitare; illius est, qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat.* Verum hic truncat periodum, ejusque clausulam occultat, quæ est hæc: *Quod verbum vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est.* En subiungit Sanctus (quod pariter ab Anonymo celatur) quomodo Pelagius nec voluntatem nostram, nec actionem Divino adjuvavi credit auxilio, sed solum possibiliter voluntatis, atque operis. Quisquamne credit, hominem Christianum fraudes adeo manifestas, adeo miseris imperitis rudibusque obtrudere, ac divulgare?

V. ARTIFICI aliquid later in re sequente. Indicatum fuit in Confirmatione, Pelagium, quando dicebat Deum dare posse, intellectisse potentiam naturalem, homini congenitam. Hic enimvero conclamat omnia, ac

III. p. 236. tumultuatur Anonymus, afferens, hoc posito consequenter etiam dici oportere, fuisse Præd. SS.

etiam de Pelagianorum numero Augustinum, n. 10. quippe qui idem docuerit; & literis fermè unicis testatus sit: Posse habere fidem, sicut posse habere caritatem naturæ esse hominum.

At si discutiatur hæc ambiguitas, deprehenderetur, meram putam fraudem hanc collationem esse, gravissimumque hoc in argumento contineri errorem. Quando dixit Pelagius: Posse in naturâ, velle in arbitrio, indubitatum est, intellectisse id illum

de facultate naturali ad bonum supernum, quoniam in hoc totum ejus vertitur ac conquefecit sistema. Nec refert, quod, quod res inter se confunderet, dixerit quoque facultatem hanc creaturis concedi à Deo;

quia intelligebat semper conferri tanquam proprietatem naturæ, unde S. Augustinus paulò post: Hanc autem possibiliter in na-

ture eum pone, de verbis ejus superioribus clarum est. Idecirco debilem existimavit Pelagius potestarem illam, quod posita esset in naturâ: Tanquam hoc sit infirmum, quod

c. 6. n. 7. Deus ipse posuit in naturâ. Nemini autem clam est, accisas ita naturæ esse alas, ut ad bonum supernum committi per se non posse, easque vires sola Divinitate gratiæ virtute acquirat; neminem item fugit, quantum ab hoc errore absuerit Augustinus. Quid ergo dicere in animo habuit, quando scripsit: Ut enim sit naturæ, fidem posse habere;

c. 5. n. 6. item, cum fidem posse habere sit omnium? Hoc habuit, esse omnium, & esse naturæ, posse habere fidem, & caritatem à Deo, & ejus dono; non autem posse ea habere virtute naturæ, merisque viribus arbitrii; quemadmodum volebat Pelagius. Hoc enim non tantum non omnium, sed nē in singulorum

quidem potestate positum est. Posse habere ibid.

fidem, sicut posse habere caritatem naturae est hominum; habere autem fidem, quemadmodum habere caritatem, gratiae est fidetur. Ita itaque natura, in qua nobis data est possibilis habendi fidem non discernit ab homine hominem. Capacitas, seu possibilis habendi caritatem, & fidem, quae insita naturae est, semper intelligenda est haberi a Deo, & ejus gratiam, ac dono; nunquam virtute naturae, nostrisque viribus. Eniguntur quam diversa sit potestas Pelagii, ab illa quam admittit Augustinus, & quam parum rem ipsam inspicat Anonymous, ludens ita misere vocabulis ambiguis, eoque se amentiae, ac furoris contra historicum abripi permittens, ut pronunciet haberit hic sufficiens ad tortuam indicium, ex quo judicetur Arminianorum esse sodalis. Deus O. M. ignoscat homini, suoque eum lamine collutret!

III. p. 236.

V. PERSTRICUTUM obiter in Confirmatione fuit, quomodo pro se citet Anonymous supra nominatum librum de gratia Christi, contrarium planè afferentem, referatque verba ex capite nono, quæ ibidem non reperiuntur. Agglomerat hic pro solenni sibi humanitate mendacia, imposturas, & calumnias. Hoc non obstante verba illa operatur in nobis, quod bonum est reapse ibi non inveniuntur. Inveniuntur in decimo; sed quid refert? Aliud in Confirmatione curatum non fuit, quam quod in nono hoc capite, & libro reliquo reperiatur oppositum planè illi, quod ipse persuadere cuperet. Hoc ipso in capite legitur: *Quid enim juvat Pelagium, quia diversis verbis eandem rem dicit, ut non intelligatur in lege, atque doctrinam gratiam constitueret, quid possibilitatem naturae afferit adjuvari?*

VII. REM paucis. Pelagius ille, qui nec voluntatem nostram, nec actionem Divino adjuvari credit auxilio, & Pelagiani illi, qui liberum sic afferunt voluntatis arbitrium, ut gratia Dei non relinquant locum, admittebant, si Anonymum audimus, gratiam prævenientem, & consequentem, admittebant, operari Deum interius in voluntate, nec sine ipso facere quidquam posse hominem, & admittebant, quidquid censem, ac profitentur Catholicos. Quid porro? afferit, gratiam etiam efficacem a Pelagio congruenter suis principiis admitti potuisse. Pelagius potiusset gratiam per se efficacem agnoscere, quin errorem suum præcipuum revocaret.

III. p. 98. Quantum vero spectat ad Zelum negandi Deum esse authorem peccati, qui in ejus est adversario; affirmat eundem suisse etiam III. p. 231. Pelagianis maxime perdidis. Ex adverso horum loco surrogat Catholicos, quorum has duas, tanquam Pelagianas, profert sententias: Requiritur primum Divina gratia; de-

III. p. 61. n. p. 76. inde nostra quoque operatione opus est. Et De-

bere cum auxilio Divino hominem etiam li-

beri operari. Ad quosdam historie paragrapbos, quibus sequentes recensentur positiones: *Gratia nobis dat vincendi potestatem, & ipsa postmodum vincit, ut unde nobiscum.* Acceptum referimus Deo & potentiam, & actum. Preparatur a Domino voluntas, itaque dono caritatis corroboratur; ut possit. Hanc addit crisi: *Hanc sententiam, quæ ipsissima Pelagi est. Sed quid opus est pluribus? Sufficit, perpetuo cum declamare contra potestatem agendi, & non agendi, eligendi, & non eligendi; quam semper vocat indifferentiam Pelagianam, quando haec ipsa medulla est Catholicorum dogmatis.*

## C A P U T V.

*Alia gravissima Catholicorum dogmatis capitata disertè impugnata.*

MULTI illi errores, tribus his libris, ac tertio speciatim dispersi roties paucim recoquuntur, ut molestum nimis foret toties eorundem confutationem repeteret; grave item ac fastidii plenum opus foret, repellere, quidquid in sanâ Theologâ recipi nequit. Attingentur itaque quædam duntaxat capita, eaque graviora, quæ in re id potissimum displiceret, quod fieri non possit, quin repeterantur quandoque aliqua jam tamen dicta, aliisque de causâ exposita. Ostenditur ad evidentiam capite 7mo Confirmationis, quomodo amplectatur amplificetur Anonymous proscriptum Quesnelli errorum, quo nimur omnes hominis actiones ad caritatem, & cupiditatem referuntur. Si cui id non planè persuasum esset, relegat is amabo illud una cum responsionibus, quas dat ipse, fietque hartum saltem virtute, & nullus ei reliquis fiat ambigendi locus. Si pressè, ac rigidè loqui volumus, vacillare etiam ostensum fuit repetitum ab eoties fundamentum: *Omnium rationabilium affectionum principium mihi aliud esse, quam amorem;* ostensumque est, quomodo S. Augustinus, & D. Thomas omnium illum affectionum dixerint esse principium, actionum omnium non item. Id quod verum esse non posset, nisi operationibus etiam accessentur affectiones animi eas producentes. Contra hoc adfertur modò ab Anonymo nostro autoritas quædam D. Thomæ, cuius ope victor triumphatique sibi videtur evadere. *Amor est principium omnium voluntiarum actionum.* De Carit. qu. 1. art. 2. in O. Quid hic respondebitur? Effugium aliud non est, quædam ut ad ipsum Sanctum recurramus, qui omnium voluntiarum affectionum scriptit, ut nonquam actionum, ut videre est in impressis omnibus. Scriptit idem aliis in locis: *Omnis affectionis principium est amor, gaudium enim, & desiderium &c.* Ex his autem omnes aliae affectiones oriuntur. Reperi Anonymus du-

bus

III. p. 115. bus aliis vicibus citationem hujus loci, semper mutans affectionum in actionum; id quod multum habebit ponderis: Quot enim erunt, qui locum inspiciant? Ex mutatiuncula hac eruit Anonymus, non scire authorem Confirmationis, quid rei sint actiones rationales, quid sit fides, quid caritas? Quae sunt solita elogia, qua praecinente quasi buccinâ in omni paginâ prosequitur. Auctoritates, quae ostendunt, docuisse Angelicum, quod

1. 2. qu. 9. Deus quidem moveat voluntatem hominis, si a. 6. cut universalis motor, at quod homo per rationem determinet se ad volendum hoc vel illud, & quod omnium humanae operum principium primum ratio sit, & quod ratio sit principium primum actuum humanae; & quod sit proprium principium humanae actuum, id quod de amore nunquam dixit, reperiuntur ad verbum in summa, ludique operam, dum iis derogare fidem conatur.

II. MULTUM industriae ponit Anonymus in insinuando, quod Pelagiani non negarent necessitatem gratiae; sed negarent tantum, caritatem reponendam esse inter dona gratuita. Universa, ut ipse quidem ait, controversia Pelagianos inter, & Catholicos fuit hoc uno articulo comprehensa. Inspiciatur amabo Confirmationis, ubi duodecim sententiae hereticæ acriter à Pelagianis defensæ recitantur, ostenditurque de caritate in specie cum Pelagianis nunquam fuisse disputatum. Quæ verba referens Anonymus amputat in specie h. e. speciatim. Hic quippe ejus candor & fides est. Nihilominus si aliae virtutes provenirent in nobis à nobis, & non à Deo, ut si ita in nobis produceretur caritas, haberent rationis aliquid Pelagiani. Alias mutata opinione affirmat, disputatum

III. 29. non esse contra Pelagianos nisi de actione, quæ Deus operatur velle. Ita veram gratiae definitionem saepe hanc tradit: Operatio manus omnipotentis Dei, & alias saepe: Inspiratione dilectionis, ut cognita Sancto amore faciamus. Hanc saepenumero prædicat tanquam unicam S. Augustini, quando vidimus ipsum pluribus eam modis definitissime, & descripsisse. Quot locis, speciatim in libris de gestis Pelagii, & de gratia Christi declarat naturam, & virtutem gratiae, nullâ factâ mentione inspirationis dilectionis? Quanquam & hoc modo optimè appellari gratiam S. Doctor, ejusque definitionis sensum declarat, dicens: Non solum, ut monstrante ipsa quid faciendum sit, sciant: Verum etiam, ut præstante ipsa faciant cum dilectione, quod fecerint. Verum, quod inspirat Deus, ut cum amore operemur, longè abest à sensis Anonymi, qui per Dei auxilium intelligit infusionem amoris, & voluntatis immediatam, & per potestatem eandem intelligit caritatem; qui, ut rem paucis complectar,

aliam non agnoscit gratiam quam quæ re-appe prodicit velle, explodens idcirco sufficientem, prævenientem, excitantem, comitantem, consequentem, non admittens nisi illam Dei actionem, quæ ipsas producit voluntates, arque eò referens definitionem S. Augustini. Quando postea fingit, admittere se hæc nomina, lepidum est videre, quo ea modo exponat. Dum dixit Augustinus, ostendere Deum suam nobis benignitatem præcipiendo, ipse subiungit: Hæc est gratia præveniens. Solus hic cum ipso faceret Pelagius. Pergit Sanctus: Benedicendo, sanctificando, coercendo &c. Eripe: Omnes istæ sunt gratiae prævenientes. Quam insolentem, ac barbaram hodie audire Theologiam cogimur!

III. Vigesima tertia Quesnelli erat hæc: Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotens operationis sue gratiae, eam significans per illam, quæ creature nihilo produxit. Anonymus non voluit ei de palmâ concedere, propositionem istam æmulando his verbis: Quenadmodum dicente Deo fiat Cœlum, factum est Cœlum, ita dicente ipso fiat amor in voluntate, & à voluntate, sit amor in voluntate, & à voluntate vitaliter, & lib. rd. Quod inferuerit voculas à voluntate, & libere, aliò non conducit, quæ ut propositio reddatur sibi ipsi contraria. Etenim si Deus producendo amorem actualem in homine adhibeat eandem absolutam omnipotentiam, quæ usus est in condendo Cœlo, atque è nihilo procreando; quemadmodum Cœlum nullam in creatione partem habuit, nisi passivam, ita pariter in actu amoris aliam partem non habebit voluntas; cum injectâ necessitate ab omnipotenti creante extincta prorsus sit in homine facultas illa ad opposita, quæ est essentiale libertatis constitutivum. Animadversioni huic obiter duntaxat in Confirmatione indicata ita applaudit Anonymus: & būjusmodi iniuriantes imprimi sinuntur? Apud ad rem profecto. In pulchros ipsius partus eadem cani nœnia non potest, quoniam nullo pacto edi in lucem permittuntur, sed emituntur in regionibus acatholicis, aut sine permisso, & perperam apicte die.

IV. DEFENDIT aperte secundam Quesnelli; quod sine gratiâ actu operante non solum nihil fit, sed nec fieri potest, inherendo illi principio, quod sufficiens sit monstrum quoddam; adducitque in ejus confirmationem: Sine me nihil potestis facere. Quæ verba neglecta, ac celata fuisse exprobrat Adversario, quando bis leguntur in illâ ipsâ primâ paginâ, & quando ex ipsissimis his eruitur, depingiturque abusus eorum, & Catholicî dogmatis impugnatio. Quid jurat adducere, quomodo sine adjutorio

non modò non fiat, sed nè possit quidem boni aliquid fieri? Id extra dubium est, & gratia etiam communis Divinum est auxilium.

Conf. p. 46.

V. HABETUR in Confirmatione: Multò facilius intelligitur, obstatum ponere impios, quo minus in animum ipsorum intret gratia, quam intelligatur probos pariter eam recipere, & continuò excludere. Acutus hic, ac pias solutiones fabricatur Anonymus:

III. p. 152. Non posse plures uglomerari ineptias; esse que hanc gratiae ideam talem, ac si bestia quedam foret, qua cuperet in domum ingredi; esse haereticum, dicere, quod voluntati buic seu actioni Divine obstat queat, atque impediri, nè suum sortitum effectum; quali hec voluntas foret absoluta, & beneplaciti. Notetur etiam, non velle duntaxat ipsum, quod haereticum sit dicere, non posse impediri actionem, hoc est, quo minus largiatur Deus gratiam illam, quam eidem lubet largiri; sed etiam dicere, quod five copiosa sit, five modica, impediri posse ejus effectus, hoc est, quod minus nos faciat consentire, credere, amare. Ad disertam D. Thomae declarationem, quod liberum arbitrium habeat impediendi potestatem, & gratiam non acceptandi; responder intelligendum id esse de Adamo, quia dicit insuper: Competit his, in quibus naturalis potentia integræ fuerit, cum in Adamo declinaverit genus humanum. Sed manifestissimum est, quod minui potentiam naturalem doceat Angelicus in iis, qui totos se dant peccatis, unde apertam machinatur fraudem Anonymus lectori. Sufficit ordine percorrere texum præcedentem, quandoquidem hunc totum quantum non adscriptis Author Confirmationis, quippe cui solenne non est novos constare libros describendo veteres, atque editos. Cum bos

Con. Sent. l. 3. c. 159. sit in potestate liberi arbitrii impedit Divinæ gratiae receptionem, vel non impedire, non immerito in culpm imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiae receptioni. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, ut dicitur Tim. 2. Sed illi soli gratia privantur, qui in se ipsis gratie impedimentum præstant, si de illis sermo est, qui actu in se ipsis gratie impedimentum præstant, non profectò de Adamo aut Præadamitis agitur, sed de iis, qui peccando liberum suum debilitant arbitrium. Dixit Sanctus apertissime: Quod autem dictum est, in potestate liberi arbitrii esse, ne impedimentum gratia priescit, competit his, in quibus naturalis potentia integræ fuerit. Si autem per inordinationem præcedentem inclinaverit ad malum, non erit omnino in potestate ejus, nullum impedimentum gratiae præstare. Et si

enim ad aliquod momentum ab aliquo peccati actu particuliari possit abstinere propriâ potestate, si tamen diu sibi relinquitur, in peccatum cadet, per quod gratiae impedimentum præstatu.

VI. QUINTA Jansenii hæc fuit: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus hominibus mortuum esse. Dixit itidem in Operi suo: Pro istis rogavit Patrem, non procederis. Quam parum valeant apologiae, quas hisce dictis scripsit, & clanculum adhuc adornat Anonymus, videre licet. S. Augustinus: Pro omnibus mortuis vivus mortuus est unus. Item: Neminem singulorum præterit, qui ovat pro universis. Dicatum in Confirmatione fuit, spectato effectu posse etiam dici mortuum ipsum esse pro solis iis, qui ex morte ejus fructum cepere; spectato vero fine Salvatoris, & valore, & sita in omnibus mortem in rem suam vertendi potestate, vere mortuum esse pro omnibus. Ad preces Christi quod attinet, incluserunt illæ semper conditionem ab ipso in horto expressam: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Considerarique oportet, duas fuisse in ipso voluntates, Divinam, & humanam. Ut verò Specimen quis capiat argumentorum hæc in materia ab Authore nostro præpositorum, videat conclusionem capituli iplius XIII; formeret sibi inde judicium, cui sors obtigerit aliquem inde sensum excusandi.

VII. REPETIT tertio, non propagari ad eos tamē, quos Deus execrare decrevit. In secundo dixit Dux se sequi Augustinum, in quo nunquam reperiatur, quod Deus execrare decrevit. Calvinus equidem non permissionem, sed Decretum Dei vocavit occaecationem hominum, repetitque in suis Institutionibus, quod Deus toties pronuntiet se execrare hominum mentes. Improbatum fuit in Confirmatione, quod cum his verbis copulentur illa Pauli: Tradidit Deus illos in desideria cordis eorum; quia hoc paeto videri posset Deus tradidisse illos in desideria cordis eorum vi sui Decreti; quando sensus est, quod eos affectionibus suis pravis permiserit consequenter, & in peccatum peccatorum. Commisericit hic Anonymus, dictum esse, quod expressio illa Paulina offendiculo sit, ac plena scandali. Deus veniam det homini!

VIII. LEGITUR in historia Theologica, voluntatem quā Deus omnes salvos cupit, non esse voluntatem absolutam, ita ut nostrum tollatur arbitrium. S. Augustinus: Vult autem Deus omnes homines salvos de Spir. & fieri, non sic tamē, ut eis adimat liberum arbitrium: Sed esse voluntatem antecedentem: Quemadmodum vult abs dubio, ut non peccetur, & nibilonius id sit ab hominibus contra ejus voluntatem, & peccatur. Adver-

sus hoc proferre nil veritus est Anonymus: l. p. 83.  
*Deum non omnium hominum salutem velle, si  
 accipiatur voluntas, quo passim modo lo-  
 let ab omnibus, vulgari, communis, & quo-  
 tidiano sermone. At enim juxta Magnum  
 Augustini discipulum S. Prosperum: Sin-  
 Conf. p. 75. certissime credendum, atque profitendum est, ut omnes homines salvi sunt. In-  
 Deum velle, ut omnes homines salvi sunt. In-  
 cassum itaque contra id tumultuatur per  
 octo paginas.*

I. p. 78.  
 III. p. 260.  
 l. p. 79.  
 & 47.  
 Aug. t. 10.  
 c. 605.

*X. OPPONIT in primo, & tercio, dici  
 in historiâ, conditionatam fuisse in Deo vo-  
 luntatem salvandi omnes; quæ verba nus-  
 quam reperiuntur in historiâ. Faciamus  
 etiam reperiri, non continuo tamen dicen-  
 dum, Pelagium quoque voluisse eam proposi-  
 tionem, Deus vult omnes homines salvi fieri,  
 expoundam esse conditionatè, idèoque Pe-  
 lagianum esse hoc dictum. Quia nemo  
 nescit, Pelagianos intellexisse, si homo na-  
 turæ viribus voluisse petere; & intellige-  
 bant non omnes salutem consequi, quia  
 ipsi nolunt petere, cum Deus velit dare, nolunt  
 querere &c. dum contra intelligebant Ca-  
 tholici, & intelligent, si & ipsi Divinâ  
 opitulante gratiâ Dei clementiae responde-  
 bunt, atque ab ipso salutem flagrabit, tanquam unico ejusdem largitor.*

X. QUINDECIM propositiones erroneas imputarunt quidam in Galliis D. Augustino, à quibus eum strenue purgavit D. Pro-  
 sper. Octava fuit. *Quod non omnes homines  
 velit Deus salvos fieri, sed certum numerum  
 prædestinat. Vindicavit ab hâc uti &  
 cæteris Magistrum suum S. Prosper. No-  
 vam nihilominus, & non sanam opinio-  
 nem hâc expromit Anonymus, proposi-  
 tionem hanc sibi defendendam sumens, affir-  
 mansque virum Sanctum eam nec falsam  
 pronunciâsse, nec condemnatam; qualiterum  
 temporis prodire debuisse Bulla, qualis  
 prodiit contra Quesnallianas, & qualiterum  
 improbatatione omnium orthodoxorum condem-  
 nationis non supplisset vices. Prima illa-  
 rum propositione fuit: *Quod ex prædesti-  
 natione Dei, velut fatali nec si ate, homines  
 ad peccata compulsi cogantur in mortem, at-  
 que ita pergunt aliae, in modum blasphemiarum;* idèoque confutat octavam D. Prosper perinde, ac cæteras omnes. Nonne itaque eam rejectit, proscriptisque, quando docuit: *Sincerissime credendum, atque profitendum est, Deum velle, ut omnes  
 homines salvi sunt?* Multa profundit verba  
 adversarius, accusans, quod citata ex S. Prospero fuerit col. 103, loco 203, editionis  
 factæ 1711; quando in Confirmatione ad  
 calcem paginæ 75, fideliter citatur 231ma, in quâ re ipsa reperiatur hic locus. Queritur etiam, quod non integra recitata fuerit pagina, à quâ allata sententia ne vel hi-*

lum discedit. Quæ verò hâc in re fuerit  
 tentia Sanctinon satis appareat, quando  
 octavam hanc objectionem confutaturus  
 adferr ex Apostolo: *Deus vult omnes homi-  
 nes salvos fieri?* E quando sic docet: *Om-  
 nium ergo hominum cura est Deo; & nemo  
 est, quem non aut Evangelica prædicatio, aut  
 legis testificatio, aut ipsa etiam natura con-  
 veniat.* Col. 213.

XI. LOCA illa S. Augustini, quibus di-  
 citur perditum arbitrium, & amissa per pri-  
 mi parentis peccatum libertas, & quibus me-  
 moratur necessitas habendi in se peccatum,  
 utpote non facilissima, idèoque non unâ ab  
 aliis explicatione elucidatâ, exposta in his-  
 toria fuerunt omnia eodem hoc Sancto du-  
 ce, atque interprete de amissa perfectione  
 justitiae, quod in ejus idiomate idem sonat,  
 ac non posse quempiam nostrum se libera-  
 re plane, atque exuere concupiscentiâ.  
 Perfectio quidem boni est, ut nec ipsa concu-  
 piscentia peccati sit in homine: Quæ expoli-  
 tio id habuit fortunæ, ut benignissimus  
 respecta fuerit oculis à supremi eram sub-  
 selli Theologis; alludente viro sancto plu-  
 ribus locis ad Paulum Apotholum: *Bonum  
 facit, ei tamen perficere horum non adiaret:* t. 10.  
n. 179.

*Quod tunc erit, quando illa concupiscentia,  
 qua habitat in membris ejus, nulla erit.* Vi-  
 deantur in Hist. paginæ 35 & 360. Ano-  
 nymus noster censem è contrariâ, loqui iis  
 in locis Sanctum de libertate accidentiarum.  
 Quis hâc libertati accidentariæ locus sit,  
 item annon liquido appareat, ipsum nec  
 assecutum fuisse solutionem, nec difficul-  
 tam, cuiusvis prudentis judicio relinqu-  
 tur. Quâm apponit amabo dicit ille, *His-  
 toricum non sciens distinguerre perfectionem jus-  
 titiae à libertate illâ, quæ requiritur ad im-  
 plendam justitiam?* Nonne hinc liquet, neu-  
 trum istorum vocabulorum illum intelli-  
 gere? Victoriam nihilominus canit ille,  
 agitque triumphum proferendo summâ in-  
 juria, *Historicum loqui more pustaci, quin  
 verba à se pronunciata intelligat.* Reperit de-  
 inde hâc, Patres obliteratam penitus affer-  
 re, aut saltē deformatam D. i. iunginem,  
 & similitudinem Adæ primitus insculptam.  
 Notatum fuit neminem illorum unquam  
 dixisse penitus obliteratum, verum ille suæ  
 næritat inhaeret, &, quando librarius obli-  
 tus fuit adscribere primitus insculptam, fal-  
 fissimè reperit, nonnullos interpres di-  
 xisse de etiam omnivo: fuisse imaginem primi-  
 zius nobis impressam. Dixerunt equidem hoc  
 in Decretoriâ sua synodo Calviniani: *Cum  
 vires liberi arbitrii ad bonum, per lapsum non  
 tantum vulneratae, sed penitus in homine ani-  
 bilatae, & amissa sint, concussum ejusmodi* III. p. 268.  
*gratia Dei, & voluntatis humanae in conver-  
 sione hominis plane repudiamus.* Ag. Syn.  
Dord. p.  
183.

C A P U T V I .

Antilogiae Anonymi, & Systematis.

Date sub conspectum in Confirmationem  
fuerunt quām plurimae; quas idcirco hic iterare animus non est. Primam se-  
fingit non intelligere, ac de alia prorsus re-  
loquitur. Confutatio antilogia in eo, quod  
neget semper, gratiam secundo modo ac-  
ceptam esse entitatem creatam, & s̄p̄ius  
affirmet, eam esse *creaturam*; adeò, ut si  
quis amori inspirato efficaciam actionis tri-  
I. p. 112. bueret, is *creaturam à Creatore minimè dis-  
cerneret*. De amore Dei in nobis produc-  
to dicit in libro recenti: *Hic est bonum crea-  
tum*. Est igitur creatura, nec tamen enti-  
tas; est res condita à Deo, nec veram ta-  
III. p. 135.  
I. p. 6. men; & propriam habet existentiam, Vo-  
cat *bonum in nobis productum*, nec vult esse  
quid reale. Hæc si contradic̄tio non est,  
quæ erit? Huic præclarè innititur ejus sy-  
stema. Responsiones, quibus hinc inde fe-  
ipsum involvit, produnt melius ejus er-  
rorem: Verūm plus quām molestum est  
dilucere omnia. Imputat in iis res falsissi-  
mas, e.c. quando affirmat, *merita esse gra-  
tuita Dei dona non admittere historicum, ut  
pote Armenianorum sententias facientem;*  
III. p. 293. quando s̄p̄issime legitur in historiâ, *ipsum  
meritum esse gratuitum Dei donum, & gra-  
tiam esse ipsam justitiam, & Scholas omnes*  
II. p. 285. consentire, etiam prædestinationem ad glo-  
P. 406. &c. riam esse gratuitam in radice, quandoquidem  
inter omnes convenit, *gratuitam esse illam  
gratiam, per quam acquiruntur merita*. Im-  
putat, adduci ab adversario propositiones  
plures tanquam hæreticas, quas solum ad-  
ducit, quia inter se pugnant, ideoq̄ inter  
antilogias recenset. Imputat, incisum  
ab ipso sensum fuisse, qui ad rem non fa-  
ciebat, *ne dogmati Protestantium quid adser-  
ret incommodi*. Imputat, verba ex Cronder-  
mo adducta nequaquam in eo legi, quan-  
do habentur pag. 187. ne vel apice quidem  
dempto. Imputat, falso dici in Confirma-  
tione, *omnia à se referri ad duos amores,*  
*tanquam generalia omnium operationum nos-  
trarum principia*, quando hæc opinio pars  
p. 300. est sui Systematis, & ipse de se disertè ac  
II. p. 64. ingenuè professus est, *referre se omnes ac-  
tiones ad carnem, & spiritum, hoc est ad ac-  
tionem Conditoris, & creaturarum*. Peculia-  
ris etiam fieri animadversio potest in con-  
testationes, quod à Crondermo suo deflec-  
rat nunquam, quandoquidem disertè s̄x-

penumero eidem contradicit.  
II. ACCUSAT sexcenties, & explodi  
historicum ob admisam gratiam quandam  
generalem, per quam etiam Pagani agnos-  
cere possint existentiam Dei, ac proinde  
eum adorare ex animo, & invocare; do-  
cente id insimil Apoftolo: *Invisibilis enim*

*ipsius à creaturā (intelligitur creatione, ἀπὸ Rom. I. 20.  
κτίσεως.) Mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur; id estque eos, qui eum  
non agnoscunt, nec invocant, appellante inexcusabiles. S. Hieronymus: Perspicuum in Gal. 1.  
fit, naturā omnibus Dei inesse notitiam. Re-  
gerit Anonymus, agnisci, adorari, & in-  
vocari Deum non posse sine gratuito fidei  
dono. Studens verò è contrario tegere, at-  
que occulere postea, quod sèpius asserue-  
rat; profitetur ingeminasse se sèpius, conce- III. p. 302.  
dere etiam Deum infidelibus gratas cùm ex-  
ternas, tum internas; citatque parag. suum  
9. cap. 6. & 12. cap. 16. Sed in hoc allata ab  
eo authoritas definit in hæc verba: Illi er- III. p. 226.  
go debent & Pagani, quod homines creati sunt.  
In altero quoque de quibus gratiis loqui-  
tur? Sanitas, talenta, opes, remoto pericu-  
lorum, bona educatio, bona exempla, pie co-  
gitationes, revelatio veritatis, ope Conciona-  
torum gratiæ sunt, quæ collatae reperuntur  
multis etiam Paganis, Judæis, & hereticis,  
tamen si non omnibus. Non vult igitur con- III. p. 92.  
cessam esse omnibus aliquam gratiam, ad  
cognoscendam quodam modo existentiam  
cujusdam Numinis, nec concedit Divinum  
impulsum, qui sufficiat ad convertendas  
ad Deum mentes, modò prævæ interiores  
dispositiones non impediант. Condermus  
ille suus ex adverso: Deus tribuit ejusmo i p. 253.  
gratias interiores infidelibus, atque ex eorum  
duntaxat militiam accidere, quod impediatur  
illorum effectus. Quantum non huic ipse  
adversatur doctrinæ, sat superque eluet,  
ubi docet, authoritatem S. Joannis Evan-  
gelistæ: Quia illuminat omnem lumen venientem in hunc mundum, non intelligendam  
esse de illis, quos excepare decrevit. Novum  
itaque Systema multis antegreditur passi-  
bus Condernum, prodiq' te pejus esse  
illo, cui adstipulati fuere complures anti-  
qui Jansenistæ, inter quos Nicolius vir  
ad eo inter illos conspicuus, gratiam gene-  
ralem contra Arnaldum acriter tutatus est.  
S. Thomas: Dicendum, quod Deus, quan- in 1. Diff.  
tum est in se, nulli est absens, sed homo à Deo  
præsente se absentat. Et alio loco: Ad Di- 40. qu. 4.  
vinum providentiam pertinet, ut cuilibet pro- a. 2. ad 4.  
vidat de necessariis ad salutem, dummodo ex de Verit.  
parte ejus non impediatur. 41. qu. 14. a.  
II. ad 1.*

III. MIRAM adjungamus hic contradictionem. Novum Systēma acriter reprehendit eos, qui prædicant, Deum, quantum est de se, omnes salvos cupere, dare cuivis gratias sufficientes, promptum esse ad amplectendos, qui vero mori dolore ad ipsum recurrent. Videatur prolixa hanc ob causam in Muratorium philippica. Affirmat Anonymus forei hoc pacto bumanam superbiam, orationisque necessitatem excludi; monereturque instituti oportere populū fugitari a Deo dolore. Spiritum con-

punctionis. Omitamus, quod homini novis nondum opinionibus præoccupato videantur ex adverso excitari omnino hisce aphorismis Christiani ad confugiendum per preces ad Deum. Quantum verò attinet ad declamationes illas, non satis esse prædicare, quod qui bene operabitur, obiecurus sit vitam æternam, & qui male, supplicium sempiternum; sed opus esse, ut instruantur, à quo debeant bene operandi gratiam flagitare, responderi posset: Ubi terrarum lacer præco est, qui id pro concione non dicat? Quis item est, qui tametsi non palam prædicetur, id ignoret? Sed quod plus refert, quando commemorat necessitatem precandi, & flagitandæ à Deo compunctionis, non meminit, non posse me actum recurrendi ad Deum, eumque implorandi juxta ipsum producere, nisi à manu supernâ mihi donetur, ac infundatur; esseque hoc, ut ipse quidem dictat, donum speciale, quod non omnibus conceditur. Que verò major repugnantia, quam cohortari ad id, quod non est in manu nostrâ, & inveniri in eum, qui non facit, quod ex se non pendet! Possunt equidem optimo jure Catholico memorare necessitatem recursus ad Deum, & orationis, possuntque reprehendere eos, qui hoc in genere delinquent: Docent etenim munitos omnes nos esse gratiâ sufficiente, cuius primus, certusque effectus est, talem nobis re verâ potestatem conferri, consentientibus etiam in hoc Augustinianis maximè classicis. Unde admisit Norifius potentiam completam, & proximam ad precandum, dixique in Vindicationis: *Cum urgente quolibet praecepto possit homo ovare Deum, ut gratiam ad illius praecepti impletionem largiatut.* Sed quo iure id exigere potest Anonymus, quippe qui sufficientem non admittit, aut non vult esse, nisi nomen vanum atque inane, immò etiam incapacem ad conferendam nobis potestatem completam orandi? qui præterea illum confiteret gratiam, quam Deus facit, ut unusquisque aliquid à se lumen hauriat, ac proinde excitetur quodammodo ad se venerandum, jure omnes illos accusat, qui ob dominantia forte sibi vitia, id non præstant. At qui potest hanc intentare accusationem is, qui gratiæ hujus hypothesin habet deridicul? Et qui detestatur morem

*II. p. 105. inculcandi vulgo, quod imperiat Deus lumen, & gratias sufficientes unicuique?* Sed nondum satis: Non sufficit cohortari ad orationem, quia satis non est docuisse exterritus hujusmodi medium, quando interius nobis non infundit Spiritum clamantem Abba pater. Quali id genus Spiritus infundi ab Ecclesiastis deberet, aut quasi predicari

*II. p. 107. oporteret ab his, more Anonymi: Non donari Spiritum hunc omnibus, sed solis filiis.*

Adjungit, non satis esse, quod quis nōrit Orationem à Christo nobis traditam esse medium ad impetrandum, quia scientia inflat. En tibi pulchrum usum, ac verè opportunum verborum illorum Apostoli!

*IV. PECCATUM* Adæ ex mente adversarii fecit, ut humana natura cognitione, & I. p. 104. amore Dei privaretur, aliisque ex eo consequentibus vitiis addiceretur; adeò, ut penitere, credere, orare nemo possit unquam, si hos actus Deus speciali omnipotentiæ sue operatione non largiatut. Quid igitur tantopere contendit, orationis & debitum, & necessitatem prædicari debere? Debitum inquam, & necessitatem illius, quod juxta ipsum fieri non potest, nisi dono immediato, & virtute specialis actionis omnipotentiæ. Si implorari hoc donum jubet, cogitet, opus ad id esse aliâ iterum actione, aliisque dono, cum aliâ rursus omnipotentiæ speciali. Et quando affirmsat Spiritum illum Dei, qui ad precandum requiritur, non esse donatum omnibus, nihil plus dicit, quam Quesnellus, qui in primâ damnatâ illi solùm, qui actu peccato obnoxius est, tribuit generalem importunitatem ad ordinandum, & ad omne opus bonum.

*V. IMPONAT* coronidem antilogia illa, quæ cæteras in se omnes complectitur. Profitetur se Anonymus, cupique haberi etiam contrarius propositionibus damnatis, & factioni, illo ipso tempore, & illis ipsis in libris, quibus acriter tuerit, gratiam propriè consistere in operatione, quam nihil impedit potest aut retardare; quo sensu præcipua ac princeps Quesnelli propositio non modò non sit improbanda, sed habenda etiam pro articulo fidei; quibus propugnat, gratiam hanc esse infuperabilem, & necessitantem; actus bonos, & volitiones infundi immediatè ac proxime homini à Deo; non requiri ad libertatem potestatem ad utrumlibet, sat esse, quod vis non inferatur; libertatem indifferentiæ, hoc est ad opposita principium esse Pelagianum; necesse non esse, ut definitio liberi arbitrii mentionem faciat facultatis ad opposita; Muratorium, cum dixit, posse hominem velle, & nolle, promptumque Deum esse ad conferenda nobis ad opus bonum auxilia, in Pelagianismum impegnisse; gratiam sufficientem esse chimaeram; omnes nostras operationes voluntarias ab alterutro amore provenire; non aliam cum Pelagio intercessisse controversiam quam de caritate; secundam Quesnelli sine gratiâ, utpote principio efficaci, fieri nihil posse potuisse ab ipso intelligi de Dei operatione, quo casu contineret dogma fidei; operari Deum justificationem nostram in nobis sine nobis; negasse Augustinum, gratiam ad observandam legem requisitam concedi

omnibus; Semipelagianum esse principium: Credere, quod Christus oppetierit mortem pro omnibus; oraritque Deum pro omnibus; præcipiente Deo: *Fiat amor*, produci amorem in homine, sicut dicente: *Fiat Cœlum*, conditum est Cœlum; non collustrari à Deo quemlibet, nec illos, quos exceccare decrevit; non esse ab actibus distinguendos habitus, nè inertes reddantur habitus, atque otiosi; non suppetere nobis facultatem recurrendi ad Deum per orationem, nisi applicata speciatim omnipotentiā p̄fert hoc nobis donum Deus demum; debere scholas suo nuncium remittere idiomati, neque amplius pro more recepto meminisse gratiæ prævenientis, consequentis, sufficientis, efficacis, habitualis, actualis; sed amplectendum omnibus esse Systema, quod ipse à Scholis Catholicis execrandum confiteretur; *anathema dirum in modum percellent*. Relata saepius loca sunt, ubi hæ stabulantur assertions.

## CAPUT VII.

*Errores ab Adversario sub finem recocti.*

**I**N ultimo capite Confirmationis collectae fuerunt opiniones aliquæ, propositiones, & effata, de quibus dictum est, quod peculiari digna sint animadversione. Ad caput hoc respondet modò longa appendice. Verùm quando in hac aliud non agit, quām exscribere denuo, ac recoquere fragmenta complura paragraphorum jamtum profigatorum, non expedit iteratis confutationibus molestiam creare lectori. Unam alteramye duntaxat aut repetemus, aut adjiciemus animadversionem. Persistit in eo, quod prius scriperat, negâsse nimirum S. Augustinum gratiam ad Divinam legem observandam necessariam omnibus esse communem. At cur amabo non revelavit locum, quo bella hæc legatur doctrina? Quæ adscribi Christiano eam non observanti culpa posset, si non haberet à Deo gratiam aut necessariam ad hoc ut eam observer, aut ut observare possit? In Confirmationem profert verba illa: *Communis est natura, non gratia*. Verùm demonstratum fuit in historiâ & Confirmatione, intelligere eo loco Sanctum fidem Christianam. Sufficiet integrum recitari periodum: *Qui de paganiis nascuntur, ab ipso facti sunt, & ab ipso creati sunt, & non sunt populus ejus, nec oves pascuae ejus: communis est natura, non gratia*. Sic paulò post: *Hanc ergo gratiam, quæ Christiani surus*. Unde verba prædicta non sunt, nisi repetitio illius, quod dixit Apostolus: *Non enim omnium est fides*. Sic & Augustinus alias saepè eodem sensu: *Ubi ei prædicari Christiana gratia non possit*. Ita & plures alii Patres. Quid

certius, quid luculentius? Reperit nihil, omnis hic adversarius, non esse hoc nisi *putidum Sophisma*. Ubi autem hoc lateat *Sophisma*, aut quis hic locus continere Sophisma possit, quis valeat divinare? Adiungit, qui sani sint iudicii, dicturos, locutum ibi fuisse Sanctum de inspiratione dilectionis, negâsse Sanctum, inspirationem hanc ad legem observandam necessariam, esse omnibus communem. An in locis prædictis Sanctus egerit de inspiratione dilectionis, anque unquam negârit, tantum gratiæ Christianis omnibus concedi, quantum necessarium est, ut possint Divinam observare legem, dicant velim, qui nocturnâ ejus opera versarunt manu, versarunt diurnâ. Quoties in iis legitur: *Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere*? Nunquid autem verè servatu impossibilia essent præcepta, sine tantâ gratiâ, quanta requirunt, ut observari possint? Cardinalis Gorri ex adverso ita docuit: *Neceſſe eſt Catholicis omnibus p̄ferto eſſe gratiam, omnibus communem, quā legem obſervarē poffit*.

**II. V O C I F E R A T U R** paulò post ob avulsa, ut ipse ait, verba quædam in responsione ex loco eiusdem S. Patris, quibus sensum mutari persuadere conatur, quando vel melius etiam confirmant, quod asseruit Author historiæ. Nimirum, censuisse ipsum, Salvatorem obiisse mortem pro omnibus, nec fuisse hanc opinionem Semipelagianam. Convulta ipse ait vocabula, lacera, laniatum, discriptumque texrum, ut *Christum pro omnibus impiis obiisse confiat*. Textus totus quantus hic est. *Cum itaque rectissime dicatur Salvator pro tutti Mundi redēptionē crucifixus propter veram natūrā humānā suscep̄tionē, & propter communem in primo boīne omnium pēditionē: Pōfet tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit. Post recitatum loci hujus principium, adscriptum in margine fuit & cetera; quemadmodum aliquoties factum est, ut totum videre possit, qui voleat. Integer tamen locus versus ac relatus fuit in Italico, unde ecce! quām æqua, quām vera hæc sit objurgatio. Italicè sic sonat: *Era la prima imputazione (à S. Agostino) potersi dedurre da tal doctrina, che Christo non fosse morto per tutti. Avea già scritto S. Prospero, ottimamente dirsi, che fu crocifisso per redimere tutto il mondo, in quanto all' effetto potersi anche dir crocifisso per quelli solamente, cui la sua morte giova. Ripete qui, che se bene per la communatura, cui Christo assunse, e per la cagion del peccato ugualmente commune à tutti rettamente si dicon redenti. Reprehensio igitur cadit in omissa à margine verba hæc, ut ipse confiteretur, maxime necessaria: Propter veram humānā naturā suscep̄tionē, & prop-**

Serm 26.

B. 4.

n. 9.

Thes. III.

*ter communem in primo homine omnium perditionem.* Atqui haec ipsa optimè confirmant, atque explicant, mortuum esse Servatorem pro omnibus; & quantum in ipso erat, ut est apud Apostolum, *dedit in redemptionem sicut ipsum pro omnibus;* cum assump-  
1. Tim. 11.  
6. fisset naturam omnium, velleque morte tuā mederi corruptioni per primi parentis peccatum in omnes invectae.

*III. DEFINITIONES* liberi arbitrii quæ sequuntur, libenter admittentur ab heterodoxis, propterea quod celent medullam dogmatis litam in potestate ad utrumque, & facultate ad opposita; quam ipse semper appellat indifferentiam libertatemque Pelagianam. Quasi verò concessisset Pelagius unum, puta bonum meritorium elici non posse unquam virtute naturali, ac propriā, sed gratiā solummodo Divinā. Opponit explicatum nunquam fuisse in quo deum consistat libertas Catholica, quando de aliā re sermo nunquam fuit. Opponit excludam eam fuisse à S. Augustino, scribente, reponi à Pelagio, in aequali bilance voluntatis potestatem peccandi, & non peccandi; id quod asserbat Pelagius, excludens gratiā necessitatem ad non peccandum; quemadmodum ibidem Sanctus expavit, sic pergens: *Quod si ita est, nullus locus adjutorio gratiā reservatur, sine quā nos dicimus, ad non peccandum nibil voluntatis arbitrium valere.* Paulò post de Pelagianis ita loquitur: *Qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam Salvatoris, quod putant consistere in solis viribus voluntatis.*

*IV. ANONYMUS* denuo Pelagianum vult Muratorium, quod censeret posse hominem velle, & nolle, eligere, & non eligere id, quod ad salutem pertinet eternam; repetique id esse adūtor; cum Deus sit omnipotens, neque ejus quis possit resistere voluntati. Sed doctrinā Catholicā docemur, omnipotentiam Dei operari semper secundū voluntatis sue determinationem; permittere nihilominus ut pro libitu nostro consentiamus, nec destruere facultatem ad opposita, resistente quippe plus satis voluntate humana antecedenti Divinā. Adducunt semper sectarii illud Augustini: *Cui volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium;* at non adducunt, quād diverso à Sancti sensu hoc ipsi accipiunt. Quam ipse in partem id acceperit, in proposito est, ubi roties commonefacit hominem, ut non repellat resistendo querentem se, quandoquidem sibi nocet, quisquis resistit voluntati Dei. Vide Hist. Theol. p. 241. Et cuiusmodi hāc in re sit

de Sp. & lit. volūntas Dei, docuit, cūm scriptit: *Vult Deus omnes homines salvos fieri. Non sic tamē, ut eis adimat liberum arbitrium.* Quomodo ex adverso ipsi hoc dictum intelligant, manifestum fit ex 22dā Quesnelli:

Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis sive gratiā, eam significans per illum, quā creaturas ē nibilo producit, & mortuis reddit vitam; & pariter ex illā Anonymi: *Quemadmodum dicente Deo fiat Cœlum, factum est Cœlum, ita dicente Deo fiat amor in voluntate, & à voluntate &c.*

*V. CONTRA libertatem indifferentiæ,* quam negare suffragante etiam D. Thomā, vidimus esse heretici, unica semper Anonymi ratio illa est, quod non potuerit Christus opposita, nec ea possint beati; quod inceptum verè, ac puerile sophisma est. Quia licet commune libertatis nomen sit, non inde conficitur communem quoque Christo & beatis fore humanam imperfectionem, hoc est potestatem peccandi. Quare demum inde consequens esset, beatos evalueros bruta anima, quando ex adverso libertas illa superioris, ac diversi ordinis liberos eosdem constituit, atque à nostris defectibus eximios? S. Thomas: *Maj. libertas arbitrii est in Angelis, qui peccare non possunt, quād in nobis, qui peccare possunt.*

P. 1. qu. 62.  
a. 8. ad 3.  
P. 335.

*VI. CUPERET* sibi declarari, quā componi possit libertas indifferentiæ cum infallibilitate. Declarabit hoc quis tiro Catholice, non credere se, inquietus, auferri per gratiam facultatem ad opposita, non credere, actus hominis sequi necessariō, ita ut ex consecutione infallibili, inferri ut ipse facit, itidem debet necessaria; nec credere in magno esse errore, qui censem cum D. Thomā, in ejus voluntatis potestate esse, eā gratiā uti, aut illam rejicere; quā semper fuit, posito auxilio Divino, dogmatis medulla, ac essentia. Quod verò Pelagianismū instillent propositiones illæ, quod ad operandum bene liberè concurrere cum Divinā gratiā humana debeat voluntas, quod requiratur prius Divina gratia, ac nostra etiam deinde opera, aliaeque similes, horrorem pīs semper auribus incutiet. Audire nihilominus est, operari Deum in nobis sine nobis caritatem, quā nos justificet, intelligendo de adultis; dum contra docuit D. Thomas: *Qui creavit te sine te, non justificabit te sine te.*

II. p. 27.  
III. p. 339.  
1.2. qu. 55.  
a. 4.

*VII. LEGITUR* apud illum, ubi agit de definitione, seu descriptione virtutis, earenum illam in nos immitti, quam Deus in nobis sine nobis operatur, quatenus virtus, cuius definitio afferatur, est infusa, id quod docet his verbis: *Causa autem efficiens virtutis infusa, de quā definitio datur, Deus est; properter quod dicitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur: Quā quidem particula si afferatur, reliquā definitionis erit commune omnibus virtutibus acquisitis, & infusis.* Scriptit in primo libro Anonymus, exponere hic D. Thomam, quā ratione verum sit, Deum operari in nobis virtutes sine nobis. Ut periculosa evitetur ambiguitas, monitus fuit lec-

1.2. qu. 55.

a. 4.

1. p. 56.

tor in *Responsione*, sermonem eā in quæstionē esse de virtutibus infusis, non acquisitis. Erat eò magis hoc monere necessarium, quod Anonymus ante retulerat dictum S. Augustini: *Ut ergo velimus, sine nobis operatur*, id quod ad ambiguitatēm conferre quid poterat. De eādem intelligit Angelicus, ubi habet, quod per eam mens nostra mota est, & non movens; quibus verbis non recte utitur Anonymus, afferens sīne explicacionē, voluntatem purē moveri in rō velle, seu eligere, & amare bonum. Contra, quām articulo 4. quæstionis 55tae disseratur de virtutibus infusis, ideoque dicitur, operari eas Deum in nobis sine nobis, adducit Anonymus in *Defensione*, loqui D. Thomam in quatuor articulis de virtute in genere, eoque solum in dicto textu nominare virtutem infusam, quod sextum argumentum nitebatur caritate nos justificante, quam II. p. 23. *Deus operatur in nobis, sine nobis.* Cogitari vix posset sensus aut falsus magis, aut scopum ejus evertens. Non aliā de re, quām virtute infusa articulo 4. agi, iteratis vicibus Sanctus expressit. Videantur verba paùlo ante adducta. In horum, veritatisque manifestissimā conspectū audet dicere, nominari virtutem infusam per accidens. Audet dicere, sextum argumentum nixum fuisse caritate nos justificante, quam Deus operatur in nobis sine nobis; quando ē contrario argumentum illud ita loquitur: *Homo per virtutem justificatur, sed Augustinus dicit: Qui crevix te sine te, non justificabit te sine te.* Dicatum hoc haberit in quodam sermone, & in editionibus enuntiatur hoc modo: *Qui ergo fecit te sine te, non te justificat sine te.* En tibi pulchrum argumentum, quod Deus operetur in nobis sine nobis caritatem justificantem, id quod Catholicē dici nequit. Hæc reapse est medulla sui systematis, sed rectè pugnat cum dogmate. Imò S. Augustinus: *Präcedit aliquid in peccatoribus, quo quanvis nondum sint justificati, digni efficiuntur justificatione.* S. Thomas, ubi agit de *Justificatione* citat dictum illud Jacobi IV. 8. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Responso ejus ad argumentum hæc est: *Dicendum, quod virtus infusa causatur in nobis à Deo sine nobis agentibus, non tamen sine nobis consentientibus; & sic est intelligendum, quod dicitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.* Quæ omnia si unā considerentur, ac connectantur, videat amabo, qui legit, an non videatur impossibile reperiri aliquem, qui ita scribat, & tribus omnino vicibus hæc typo vulget. Verùm his omnibus medetur Adversarius solito suo artificio, gravia nimirum plura faciens convitia, quo peracto concedit intrò cantans victoriā.

VIII. REPREHENDIT iteratō Murato-

rium, quod adjungat se ad sententiam Pelagianorum, & Semipelagianorum, nec ferè velit doceri è suggestu, nisi quod conductat ad efficiendos omnes Pelagianos. Reprehendit, III. p. 35. quod citer textus illos scripturæ: *Apposuit tibi aquam, & ignem; ad quod voluevis porrigere manum tuam &c. Ante hominem vita & mors, bonum & malum &c.* Quid igitur dicemus de S. Augustino, & aliis Patribus, qui ipsi hos plures adduxeré? Reprehendit eos qui orthodoxos è pulpitis instruunt, quod veritates istas prædicens, & nudas, & crudas, quo modo solebant Pelagiani, & Semipelagiani. Veritates igitur prædabant Pelagiani? Reprehendit, quod exaggerent vires liberi arbitrii, dicendo, quod omnes, etiam infideles, & parvuli in alvo matris habeant gratias sufficientes consequendæ sauitis, nec nisi per ipsos stet quominus ament Deum, eliciunt actus contritionis, ac legem obseruent. Qui Concionatores ita loquuntur, ubi ita scripsérunt Muratorius, quis unquam Catholicorum hujusmodi impietas, ac deliria protulerit, ipsi incumbit ostendere. Ad Muratorium quod attinet, propositionem etiam illi Semipelagianam objecit, quod dixerit, exigere à nobis Deus opera bona, II. p. 33. promptum ad nos juvandos, ut ea faciamus. Quot primi traditionis fontes hic in idem cum Pelagianis crimen vocantur! S. Ignatius Martyr: *Volentibus nobis bene agere, ad Serm. 169. promptus est Deus ad præbendum auxilium.* Quis nescit prævenientem gratiam semper facit ponit à Catholicis, maximè ridetur. Diculum esse, contendere, quod eā noua expressa, aut commemoratā nequeat quis populū cohortari ad bona, piisque opera? De Cassiano videatur historia Theologica, ubi ejus refert opera. Si Pelagianismi semper postulandus esset, qui diceret: *Semper gratia Dei nostro in bonam partem cooperatur arbitrio*, quid fieret Augustino, ex quo habemus: *Si non essem operator, ille non esset Serm. 156. cooperator; & postea: Non enim adiutor est ille, si nihil agatis.* Non enim cooperator est ille, si nihil operamini. Et in lib. de gr. Chr. *Sic vult homo, ut tamen Deus voluntati ejus ardorem dilectionis inspiret, & sic operatus homo, ut tamen Deus cooperetur.* Et in illo ad Bonif. in uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit.

IX. RECITAT denuo à pag. 23. historiæ verba, quæ non habentur; iterumque profitetur, non posse cognosci Deum, nec animo adorari nisi à Christiano; quibus verbis contradicit S. Paolo, S. Augustino, & omni homini rationis compori, quemadmodum demonstrarum est pluribus locis. Affirmat, ratum, fixumque esse historiæ Theologicæ, per fas & nefas persuadere, quod Deus non operetur velle; id quod toties in illâ, totaque modis decantatur, & in quâ insuper habet-

II. p. 21. habetur: *Non operari Deum in nobis, quia præceptum libens facit, qui liber facit esse notatum illum errorem, quando ejus est emendatio.* Præclaram sanè speciem herorum, quos nostra fert ætas! Placet etiam, cùm ridiculum vocat adversarium, quod ubi refert verba illa: *Amor meus èd fever, quo cunque fever scripsiter eo, forte ab eo; quibus verbis nihil affirmatur, sed tantummodo ob ambiguitatem quæ ex adverbio èd nasci posset, suspicio moverur, an forte scripsiter Sanctus ab eo. Eo fever videtur significare potius velle son portato con esso, quam son portato da esso.* Verum cur tantus de re prope nihil tumultus? Afferre per modum conjecturæ modicam adeò, parvique momenti emendationem est, si ipsum audimus, est objicere Lovaniensibus; Maurinis, & quod lepidius, ipsi Augustino, quod nescierint loqui latine. Quot non injuriarum rei erunt, qui conati sunt castigare antiquos! An putat, quod qui emendat, Authores iros corrigat, non librarios, aut criticos? Et hæc hodie semel, atque iterum imprimuntur? O felicitatem nostrorum temporum! Majoris multò momenti castigationes August no non dedita quidem operâ, sed data occasione sapientius adhibuit author historiæ Theologicæ, quin tamen crederet offendisse se eā re doctos editores. Viginti quinque notantur in indice verbo: *Emendationes;* nec paucas alias variis occasionibus adnotavit postmodum, quas communicabit, si quem fortassis has videndi incesceret cupido.

X. IN Additione quâdam ad Confirmationem, (quas assutæ nescio à quo laciniis nuncupat *Anonymous*) occasione dicti illius, quod in editionibus Augustini habetur: *Præceptum quippe liber facit, qui libens facit,* utpote quod patrocinaretur volentibus, sufficere ad libertatem, quod vis non inferratur, ita legitur: *Observavit jam tum Maf fejus in historiâ, ut ex scopo ac contextu ratiocinii clare liquet, legendum esse: Præceptum quippe libens facit, qui liber facit;* quæ est sententia communis, & natura maximè congruens, quod libenter ac cum voluptate operetur, qui liberè operatur. Judicavit admodum esse probabile, quod hæc sit sententia quædam Publî Syri, relata hic apudit à Sancto, tanquam tunc nota. Afferat ipse non paucas ineditas hujus Mimographi in antiquo suo MS., quarum aliqua ad hanc accedit. Apparet ex S Hieronymo, doctas ejus sententias in scholis fuisse, ac proinde etiam lectas ab ipso. Jam indè à saeculo 1300. in hominum versabantur manibus, quandoquidem Pastren gus earum meminit his verbis: *Publius Syrus Mimographus multas laudabiles scriptit sententias, que à doctis leguntur, in quibus: Beneficium dando accipit, qui dignè dedit. Sub Cœfave clavuit Augusto.* Rider emendatione, nem hanc *Anonymous*, dicítque non intelligere adversarium vim illius dicti, ex quo nimur defendere cuperet ipse eos, qui libertatem in immunitate à violentiâ consti tuunt. Verum quâm acutè ista rimeut ipse, atque intelligat, colligitur ex eo, quod id pronunciet *νέρον προτερον;* credatque rā

III. p. 20. *operemur nos, sed è contrario operari nos, quia prius ipse operatur in nobis.* Quæ fides dictis ejus adhiberi debeat, colligi potest, ubi affirmat, quod verba illa *Spiritus Sancti: Preparatur voluntas à Domino* (Augustini sunt, non scripturæ) vertat, aut pervertat potius historicus dicendo, *præparari à Deo voluntates, at non produci velle, nec consensum.* An ita procedere potest homo Christianus, & ejusmodi fallitatem calamo emittere? Dictum fuit in historiâ, *gratiam, quæ denum victoriæ obtinuit, quamdiu ipse ob luciatus fuit, non produxit consensum, nec velle.* Narrat *Anonymous*, declarare istic Historicum, *non produci à gratiâ consensum, nec velle.* Os hominis, frontemque! Producit à Deo *consensum, & velle* pluribus locis ingeminat historicus, sed vis in eo est, quod producatur eodem tempore sponte eriam à voluntate, & cum merito, quia posset repugnare; id quod Catholicus *Anonymous* concedit nunquam; quodque vero nunquam congrueret, si volitiones nostrae nobis infunderentur, per absolutam Dei omnipotentiam. --

XI. DILET incaustum; ostensum esse III. p. 130. (quanquam omni civilitate, ac modestiâ) quâm parum versatus sit in factis Theologicis, & quâm longè à Theologorum loquendi modo recedat, afferendo, collationem gratiæ, quæ est operatio ad extra, non esse rem magis à Deo distinctum, quâm sint personæ Patris, Filii, & Spiritus Sancti & quemadmodum dicitur: *Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus,* ita & dici oportere: *Operatio Divina est Deus.* III. p. 130. Inficiatur jam se hæc dixisse; sed reipendent verba hæc in *Defensione* pag. 53. n. 8. Videatur quæsto *Confirmatione* p. 40.; ubi hæc ex instituto tractantur, & conferantur, quæ in hoc tertio prolixè narrat adversarius. Novum ipse pariter, ac insolens videtur, quod docuit S. Thomas: *Nihil igitur probabit dicere, actionem Dei ab æterno fuisse,* Con. gen. I. 2. c. 35. effectum autem ejus non ab æterno, sed tunc, cùm ab æterno dispositum. Conclusio illa est, quod actio Dei sit ipse Deus, si actio spectetur relate ad suum principium, quod est omnipotens voluntas; non autem si spectetur relate ad terminum seu effectum à se productum. Omnipotentes igitur sunt Divine actiones consideratae in ordine ad suum principium, non verò in ordine ad

suum principium, non verò in ordine ad terminum. Inde est, quod locutus fuerit impropriè actionem hic idem faciens cum agente; quia actio præter fundamentum & terminum importat relationem ad terminum, qui est ab actione distinctus.

XII. DISPLICENT summopere Anonymo verba illa S. Augustini: *Deus vult omnes homines salvos fieri, non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium.* Hinc opponit primo, non esse Augustini, sed ab ipso in alienā personā prolatā; id quod fallissimum est, cū sit prima eius responsio, & sententia ab ipso aliā saepē prolatā. Opponit deinde, *nihil prorsus hoc conferre ad probandum in Deo voluntatem conditionatam salvandi omnes.* Scopus libri hujus est, defendere, & explicare, quod alibi dixerat, *fieri nimirum posse, ut sit bono sine peccato, si voluntas eius non defit ope adjuvante Divinā.* En conditionem! Quia esse ope Divinā immunem peccato, & eādem ope salvari, eodem recidit. Hinc circa finem: *Fieret enim, si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tantæ rei.* In Confirmatione theses quædam Quesnellī damnatae appellatae fuerunt. *Sensa aperte evonea.* Anonymous respondet, *hunc esse honorem, quem Author exhibeat*

<sup>n. 63.</sup> III. p. 180. *Angelo Scholarum, & pergit ad alia. Quasi Angelus Scholarum locutus fuerit, quem admodum Quesnellus. Dictum fuit in Confirmatione: Theologæ Catholicæ est non docere duntaxat, quod bona omnia proveniant à Deo; sed pariter, quod nullum ab ipso oriatur malum culpæ. Non probatur hæc assertio Anonymo, aitque has esse declamationes inutiles, atque extrarem, & paulò post: Eundem fuisse Zelum in Pelagianis maxime perfidis.*

<sup>31.</sup> XIII. EN tibi quæ in Catholicæ doctrinæ defensionem afferre Massetus potuit. Posset profectò historia Theologica melius multò supplere, quippe quæ speciatim libro 12, 13, & 14, ante etiam quām hæc opponerentur, Augustini verbis amplius multò ad omnia respondit; verū est liber in folio, ut ajunt, ideoque à paucis lectus. Infraudem haud difficulter impellitur, qui nonnisi leviter rerum istarum aspersus est scientiā, cuius ope detegere non potest eorum artes, qui præ se quidem ferunt, extollere se plus ceteris Divinam gratiam, re ipsā tamen damnationem nostram, & peccatum Deo clanculum adscribunt. Ante omnia oportet bene intelligere, non agi hic, an gratia sit, aut non sit per se efficax, an prædestinatio sit, vel non sit gratuita; neque ulla alia agitatur quæstio, quæ in Scholis Catholicis salvo dogmate disputantur. De his agi, persuadere semper factiosi conati fuere, ad conciliandam sibi eorum benevolentiam, qui certas quasdam pro-

pugnant doctrinas. Approbatæ autem Scholarum Catholicarum sententiae sunt orthodoxæ, sunt sanctæ, neque contra ullam iliarum insurgit, qui nonnisi heterodoxas, & jamtum proscriptas debellat. Opiniones Scholastice accuratæ, ac pressæ consideratae, ac secundum ea quæ re ipsâ alicuius momenti sunt, purgataeque certis vocabulis odiosis, certis formulis nimirum emphaticis, cujusmodi à disputantibus, ac scribentibus sibi mutuò impingi solent, minus fortassis sibi contrariantur, quam vulgo creditur. Tractatus hæc de re est in dissertatione, quæ forsitan aliquando emitteatur in lucem. Verū de his nihil in praesenti. Agitur hic, an gratia sit insuperabilis, & necessitatem inferens, an secus? Possitne à nostrâ impediri aut retardari malitia, an non? Sintne reprobandæ nonnullæ Quesnelli propositiones, an non? An Deus actus vi omnipotente infundat, an non? An homo habeat facultatem eligendi, & protestam ad opposita, an non? An Deus gratiam sufficientem concedat, an non? Hæ sunt controversiae, quæ inter trium nuperorum librorum Authorem, & historiam Theologicæ, & Confirmationis Scriptorum agitantur. Hæc de re judicandum est lectori, idque aliquando tanto magis facendum est illi, cui earum rerum jus competit, cū fieri nequeat, ut hæc quæmadmodum in aliis utrinque Catholicis aliquando factum est, relinquï indecisæ.

ADMIRATIONE dignum est, observari quandoque, qui religionis ducti studio favere se ostendant opinionibus tam longo à Catholicis intervallo disjunctis. Reperiatur impressum, convenire his erroribus melius cum doctrinâ morum, rigidiore, ac severiore. Veritas autem facti est à parte planè oppositâ, possentque certa hujus rei argumenta proferri. Sed non vult ista modò Author discutere, si forte eveniat, ut novum vitæ religiosæ, ac probæ genus sit, eandem à peccatis gravibus ordiri? Posset equidem hoc dici, si quando inter opinionum istarum amicos reperiretur, qui foveret, ac promoveret libros, qui ut nihil dicamus de doctrinâ, ob gravia, atque iterata convicia citra gravem noxam cerrò non potuerunt emitti; si reperiatur, qui ad corroborandum novum Systema, quidquid à Jansenianis damnatis scriptum fuit, colligeret, atque haberet in pretio; si reperiatur, qui Sancti amoris Divini celebrationem cum odio proximi conjungeret, caritatisque encomium cum infectione aliorum copularer. Meram hæc suam attigit præsens opusculum. Desiderium tamen honorificè prosequendi illustris cuiusdam amici memoriam facit, ut seques adjungatur appendix.

## CAPUT VIII.

Muratorius à novis, ac recentibus  
accusationibus vindicatur.

**N**ovi cuiusdam libelli meminit Anony-  
mus sub fine primi capitis secundi  
hujus libri, in quo legatur: Libertatem  
indifferentiae perire ad veritatem fidei; posse  
nos semper gratiam efficacem reuocare, posse  
nos eidem resistere; illo ipso tempore, quo gra-  
tia facit ut operemur, conservare nos po-  
testatem non agendi, & facultatem ad oppo-  
sita; esse semper in potestate liberi arbitrii de  
consensu recusare, eamque esse veritatem fidei;  
gratiāque sufficientem deesse nunquam, nec  
justis, nec peccatoribus. Inconcussa ha-  
veritates cùm negentur ab Anonymo nostro,  
certò statuendum est, secundum hunc Anony-  
mum à primo dissidere sententia è dia-  
metro oppositā. Eorum proinde est ap-  
plaudi orthodoxis hujusmodi sententiis,  
nec minus urbanitati, ac decoro quod ob-  
servat in loquendo, modōque agendi Chris-  
tiano. Atque inde tantò major nascitur ad-  
miratio, cùm videmus, ipsum secundi hu-  
jus Anonymi quandoque causam agere, ac  
speciatim accusando, damnandoque Mu-  
ratorium. Imò omnem admirationem su-  
perat, quod videamus appellari ab ipso sa-  
nam ac justam crīsin à primo in hunc edi-  
tam; quando crīsis illa versatur in eo, quod  
faciat convitia, & Pelagianas vocet illas ip-  
fas sententias, quas, ut nuper admodum  
innuimus, confitetur fidei esse veritates.

Reg. Div.  
c. 10.

Conf. Cr.

In ep. ad  
Phil. t. 3.

II. UTERQUE istorum Scriptorum ab-  
solvere rem voluit prolixā, ac meditatā  
Muratorii impugnatione. Magnus iste vir  
in utilissimo, & sancto suo libello della re-  
golata diuozione, differens de affectionum,  
ac perturbationum nostrarum remedii,  
scripsit in hæc verba: Duo potissimum nos  
sancta nostra docet religio. Primum à Deo  
immediatè proveniat neceſſe est, eſque auxi-  
lium gratia ſue potentis; ad hoc obtinendum  
opus eſt oratione; alterum conatus, quem alibi  
debet Christianus cooperando gratia Di-  
vine. Quis crederet talia reprehendi  
ſenſa, & accufari? Et tamen, quasi horri-  
bilia forent, & heretica, postquam Criticus  
ille Muratorium appellavit novum Magis-  
trum, ita concludit: Et ejuscemodi libri ſe-  
mel, atque iterum imprimuntur? Et poste:  
Per misericordiam tuam ab ejusmodi tempe-  
rat Devotione libera nos Domine! Congruit  
hoc effatum cum illo primi Anonymi, qui  
ad hæc verba: Requiritur p̄mūlū Divina  
gratia, & deinde nostra etiam opera hanc ap-  
pinxit notam: Pelagianum oliquem ita lo-  
quentem audire mibi videoꝝ. Pelagiani igitur  
his Religiosis videbuntur Patres omnes la-  
tini, & graeci. Utroque opus eſt, ajebat Theo-  
doretus, & nostra promptitudine, & Divino

auxilio. Illi Muratorii enuntiato: Requiri-  
tur oratio, subiungit secundus Anonymus.  
Nolim exspectes lector, ut tibi is dicat, etiam Αὐθόν-  
orationem eſſe donum Dei immediatum. An  
igitur fine hiſce commentis nē nominari Confid. Cr.  
amplius orationem fas erit? Præterea, quām p. 328.  
infolens non foret populum ad orationem  
excitandi modus, si inclamarent Concio-  
natores, Orate! At ſcītote, rem illam  
non pendere ex vobis, cūm oratio ſit do-  
num Dei immediatum, cūmque ſit ingens Dei  
donum, quod juxta primum Anonymum,  
non concedit Deus, niſi ope ſpeciali ſue om-  
nipotentia volenti. Nonne timilia pariter  
contra hunc obmōveri poſſent, eaque po-  
tiori jure? Nonne & ipſe dicit: Orent or-  
thodoxi, ut obtineant gratias efficaces, quia  
præviꝝ moneat, orationem illam eſſe do-  
num Dei? Item ubi dicit: Unusquisque col-  
locare ſe per ſpem inter electos debet. Cur non  
monuit leſtorem, ejus generis ſpem pro-  
ficiſci à Deo debere, atque ipſam etiam eſſe  
speciale illius donum?

III. VIS, ac robur accusationis conſi-  
tit in eo, quod dicat Muratorius, conces-  
ſionem gratiae provenire à Deo immediatè,  
non verò de cooperatione noſtrâ dixerit,  
hanc itidem immediate à Deo provenire.  
Sed in quo amabo Concilio, in quo Au-  
gustini scripto, à quo S. Patre præbetur  
nobis exemplum, aut injungitur, ut adda-  
mus rō immediatè, quando loquimur de  
noſtrâ cum gratiā operatione? Et quis non  
videt ultrapassare hic Muratorium rō imme-  
diatè, pro unicè? Collatio gratiae unicè ab  
ipſo, consensus noſter & ab ipſo, & à no-  
bis oritur. De illâ verò dixit immediate, de  
hoc non item, quia actio Dei quoddam-  
modo eſt media: At an ideo fortassis alte-  
rius cujuspam, non Dei ex æquo opus  
eſt? Quando dicitur cooperari homo, non  
ne dicitur operantem primarium eſſe gra-  
tiā, ſeu quod eodem recidit, ipſummet  
Deum? Etiam noſtra cooperatio citra du-  
biū eſt donum Dei, cūm, quia ſolus ipſe  
id genus potestatem nobis conſeffit, tūm  
quia & ipſe concurrit, non modò tanquam  
cauſa universalis, ſed etiam per gratiam  
comitantem. Quod ſi verò recurrendi ad  
ſe, & orandi non generalem nobis per gra-  
tiā confeſſiſſet potestatem, eſſetque id  
donum ſpeciale non omnibus confeſſum,  
quomodo poſſemus omnes ex æquo teneri  
recurrere, & orare? Ad vocem porro im-  
mediatè quod attinet, nonne illa bis ſuit im-  
probata à D. Thomā? Semel, quia potest  
ingerere opinionem, quod Deus immediatè  
omnia operetur, nec ſolum, ut cauſa univer-  
ſalis; dum contra ſic intelligendum eſt, Deum P. I. qu.  
operari in rebus, quod tamen ipſe res propria  
babent operationem; deinde, quia dici ne-  
quit Deus cauſa eſſe immediata humano-

K K 2

rum actuum utpote modò bonorum, modò malorum, quam etiam ob causam decidit: *Humanorum actuum non possumus posse causam ipsum Deum inmediate.*

IV. AGENS de spe, & præmio æterno pronunciat Muratorius, à Deo ipso nos juberi sperare, modò non desimus observationis præceptorum, quæ nobis ipse imponit. Ita paulo post: *Certus sum, Deum O. M., si perraxero amare illum, obedire illi, ac servire, suo me in regno exspectare.* Hæc & alia similia damnantur à Critico cum subtili hæc animadversione. *Omnia itaque consistunt in conditione, quam à nobis exspectat Deus, si huic Authori credimus: Sed SS. literæ nos docent, esse etiam, quæ nos à Deo exspectamus. Et postea: Qui sperat, exspectat à gratiâ conditionem, quæ posita impleri debeant: Exspectat nimivum bonam voluntatem, & actiones respondentes.* Quomodo autem concionabimur, quomodo loquemur, si fas non est dicere: *Salutem consequemini, si bene vixeritis! Sperate in Deo, nè eum offendatis!* Deus O. M. vos exspectat secum, si eidem obediere perrexeritis. Nonne ipsèmet Deus dicit in Genesi: *Si bene egeris; recipies? Nonne dixit Servator: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester?*

Nunquid igitur cum auxilio Divino omnem ex nostrâ quidem parte conatum adhibebimus, aliósque ad idem faciendum horribimur, sed exspectabimus potius otiosi à gratiâ conditionem, & à gratiâ voluntatem bonam & actiones? An hoc sit idioma sanum, & cum dogmate Catholicæ consentiens, judicer velim is, ad quem pertinet. Occurrit mihi, legi apud S. Ambrosium:

*Nè exspectes, ut excites te Christus. Sic paulo post Censor: Exspecto ego impletionem conditionis (hoc est cooperationis nostræ una cum gratiâ) ab ejus misericordiâ. Et iterum: Conquiescere oportet totos nos in meritis Salvatoris, & sperare, futurum, ut reapse id velimus, ejus enim gratia faciet, ut velimus. At non meminit, oportere etiam ex ejus mente, hanc itidem à Deo nos spem, ac fiduciam exspectare. Rem verbo: Nihil de nostra requiritur industria, sed sat est conquiescere in Domino. Redit sepe ad illud conditionis offendiculum, si & verè nos voluerimus, nec inutilia reddiderimus dona Cœlestia. Et tamen S. Leo M. predicavit in*

*In Epiph. Scim. 2.*  
hunc modum: *Quavis enim omnium bonorum sit ipse largitor, etiam nostræ tamen fructum querit industria. Non enim dormientibus provenit regnum Cœlorum, sed in mandatis Dei laborantibus, atque vigilantibus: Ut si dona illius irrita non facerimus, per ea, quæ dedit, mereamur accipere, quod promisit. Concilium Tridentinum promittit, perfectum à Deo iri opus, nisi ipsi illius gratiæ defuerint.*

Ses. 6. c.  
73.

V. AFFIRMAT hic Author, Muratorium licet Parochum, longè abesse ab instilandis veritatibus, quæ in formulis orandi p. 321. S. matris Ecclesiæ continentur, quandoquidem ita scribat: Non quasi ejus roboris sit bomo, ut proprius mereri viribus apud Deum possit, sed ut succurrente Divina gratiâ, quam nemini Deus negat, evadamus idonei ad producenda opera eidem placentia. Opponit hinc, Deum esse, qui producit in nobis id, quod est secundum ejus beneficium. Sed num deo bona hominis opera non etiam liberè producantur ab homine? Quodnam inde habet meritum? S. Bernardus docuit, quod non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo peragunt. Non igitur aliquid solum facit liberum arbitrium; sed facit etiam bonum opus integrè, Totum; cur igitur non poterit dici, quod virtute ac ope gratiæ redditum habiles ad ea producenda? An displicer fortassis, quod Deus nulli denegat gratiam? Sed nunquid docuit S. Hieronymus: Dominum ita concessisse liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret?

VI. VEHEMENTER damnat versiones Muratorii, unâ carum laudatâ, quæ est in libro, cui nomen: *Ore del Porto Reale* (libro Calviniano per Innocentium X. damnato) quam tamen versionem ut efficeret Catholicam subjecere debuit additionem quandam in eo non contentam. Improbatur præprimis dictum illud: *Majorem esse partem, quam ex nostro bono opere sibi Deus vendicat;* intellige, majorem illâ, quam quæ in nos redundat. In faciem impingit ei Sententias S. Scripturæ, & Sanctorum, quod bonum opus ex alle sit Dei, non maijore tantum ex parte. An igitur vi sanctarum hujusmodi Sententiarum homo nullam ex opere suo bono sibi partem vindicabit? Quia si aliquam habet, semper rectè dicitur, Deum habere majorem. Quid dicendum de S. Augustino, qui saepius scriptis: *Si non es es operator, ille non es cooperator.* Omne bonum sine dubio à Deo est: At enim docuit S. Chrysostomus commentans in Genesim: *Laygiri nobis Deum id, quod suum est, nullâ tamen necessitate impositum;* imò post præbita nobis remedia idonea, omnia ipsum permittere voluntati infirmi & alibi: *Gratiam supernam si exceperis, permisit electioni nostræ omnia, tò πάντα.*

VII. CONTRA, quod dicat Muratorius, nihil plus desiderare benignissimum Deum, quam nos salvare, & contra axiomam illud: *Deus vult omnes homines salvos fieri multas obmovet difficultates.* Ita & contra, quod afferat, si bonam vitam egerimus, certos nos reddi in Evangelio de magno illo præmio; id quod in Evangelio se ait reperiire non posse. Sed parum refert, ubi de Divi-

Matt. V. n.  
X. 42.  
a. Tim. I. 1.

nis promissis, ac præparatâ nobis mercede  
Sermo sit. *Exultate, quoniam merces vestra  
copiosa est in Celis.* Non perdet mercedem  
suam. Secundum promissionem vitæ. In his  
locis, inquiet impugnator, non dirigitur  
Sermo ad singulos, aut unum aliquem: Num  
igitur de uno aliquo loquitur Muratorius,  
cùm dicens, certi reddimur, intelligit popu-  
lum Christianum? Ubi apparet, quod ra-  
tiochinum fundet in promissione privata?  
Quâ demum de causâ fæci non fuit dicere  
generatim, sperare posse omnem Christianum,  
quia bine advertit certum de se promis-  
sione, ac benignitate Divinæ, indè studet &  
ipse fidem se Deo suo præstare. Quam de-  
P. 341.  
343.  
In Pf. 148.  
n. 8.  
Civ. D. 1.  
13. c. 21.

mum ob rem privata, ut ira loquar, requi-  
rirur revelatio, aut cur tandem hoc pacto  
asseritur, non esse utrumque Dei donum?  
Quoties oporteret dicam scribere Augusti-  
no? *Quid tibi promisit Deus, prædicabat ille,  
o homo mortalis?* *Quia viciurus es in æter-  
num.* Et quando dicebat, quod homo, si  
Creatori suo tanquam vero Domino subditus,  
præcepta ejus pia obedientia custodiret, in con-  
sorium transire Angelicum, certò non exis-  
timabat, negasse ipsum, quod eorum obser-  
vatio Dei esset donum. Reprehendit etiam  
hic Author P. Segneri, quasi adveritus  
fuisse Scripturæ in Christiano instruto, cum  
dixit: *Spes nostra dupli bâsi nititur, auxilio  
Dei, & nostrâ voluntariâ cooperacione.* An  
igitur nostra cooperatio cum gratiâ non  
computabitur? Nunquid debebimus lan-  
guorem, atque inertiam nostram excitare,  
cogitando, & nostram requiri cooperatio-  
nem?

VIII. REPREHENDIT denuo Murato-  
rium, tanquam si fugeret de industria idioma  
Apostoli, cùm scribit, sperari oportere, sub-  
ministraturum nobis Deum esse pro summâ suâ  
clementiâ etiam media salutis. Opponit, spem  
& media complecti, & finem, idéoque dis-  
tinctiōne nil opus fuisse; speculatürque,  
media hæc aut esse per se ipsa efficacia, aut  
inefficacia per se: Hic confuetas ac meditatæ  
ejus difficultates recurrunt; quasi vi earum  
non oporteret nos sperare, suppeditanda  
nobis fore à Deo media salutis. Reprehen-  
dit itidem de integro doctrinam, quod  
Christus mortem obierit ad obtinendam  
nobis à Patre peccatorum veniam; si ve-  
rū conceperimus dolorem; idque proptere  
carpit, quod omittatur: *Ab eodem etiam  
nobis obvenire debere dolorem.* Unde videtur  
significare velle, oportere nos conquiescere,  
eumque æquo animo ab ipso exspectare.  
Mirum profecto est, improbari etiam ab  
ipso, quod dixerit, spem in peccatore esse  
laudabilem; *Deum commovendum ad mis-  
ericordiam, dignaturūque inspirare ipsi dolo-  
rem efficacem de peccatis;* id quod ideo im-  
probatur, quia voces bæc inspirare, & adjuvare  
admissæ etiam fuere à Pelagianis. Sed nonne  
sacro sanctæ haec voces à totâ traditione  
consecratæ sunt? Auxilium, quod profite-  
bantur Pelagiani, operabatur Deus juxta  
iplos per motiva naturalia, & speciatim  
præmiorum pollicitatione. Non confitebat in  
excitatione Divinâ, neque in viribus vo-  
luntati interius à Deo subministratis, ne-  
que in occultis doloris, & amoris Divini  
inspirationibus: Verum ita id non intel-  
lexere, nec etiamnum intelligunt Catholici.  
Addit nihilominus impugnator, teneri pec-  
catorem sperare: Ubi & ipse prætermittit,  
provenire spem istam à Deo oportere, quid  
igitur hoc carpit in Muratorio? In sequen-  
te paragraphe videtur non procul abire à  
rigorismo sancti illius commentarii, qui  
habetur in suâ expositione epistolæ ad Romanos  
editâ ab Illust. Parïsio 1732. pag. XI. In  
quo falluntur, qui credunt iustitiam Christia-  
nam esse posse vicissitudinem peccatorum, &  
emendationum, lassum, & paenitentiae.

IX. REDIT quasi semper ad reprehen-  
sionem cuiusdam Scholæ Catholice, cui  
de more tribuit vocabula, & formulas ab  
eâ nec probatas, nec usurpatas. Hanc dis-  
putationem, urpote inter Catholicos fer-  
ventem, attingere nunquam Author voluit,  
professus id unum se impugnare, quod non  
videtur sibi fidei orthodoxæ consono-  
num. Adscribuntur in hoc libro per sum-  
mum nefas quædam Scholæ cuiquam  
apophthegmata, ac placita. Recensentur  
ibidem etiam dicta quædam, quarum in-  
telligentia, spectato toto complexu, aliquid  
habet difficultatis; e. c. *gratia vives suas mu-  
tuatur ab omnipotentia Dei;* homo recipit  
determinationem suam ab ipso; tribuendo id  
S. Thomæ, cuius calamo id nunquam ef-  
fluxit. *Deus reddit justos, quos vult, & qui-  
bus hoc donum non conservatur, bi æternam;*  
*consequenter damnationem incurruunt.* Gratia  
est influxus propriâ virtute volitionem meam  
producens. Deus facit, producit, creat in no-  
bis hoc, quod est secundum ejus beneplacitum.  
Deus efformat in voluntate actionem creden-  
di, sperandi, & faciendi. Ipse est author ef-  
ficax nostrorum actuum volendi, & operandi.

p. 84.

p. 109.

p. 273.

p. 323.

p. 345.

p. 348.

Antid. Sess.  
6. ad 4.

ad c. 4.

Kkk 3

cili, quod constituant hoc in hominis optione, ut Dei inspirationi, si velit, auscultet; & quod putarent, in manu nostra esse respuere, vel accipere oblatam gratiam. Non negabat aliquam esse in homine voluntatem: Non tamen concedo, inquietabat, liberam obsequuntur facultatem. In Tract. de lib. arbit. Neque cooperari hominem ex se sentio, ut aliquid de suo admisceat, sed pro potestate solum, quam accepit. In eodem: Efficaciter formari voluntatem nostram constituo, ut Spiritus Sancti ductum sequatur necessario. Item non esse eiusmodi gratiam, ut in eorum postea optione sit velle, aut non velle. Inter errores Pighii, contra quem scribebat, numerabat, quod confiteretur quidem, debere nos acceptum Deo quidquid in nobis est boni; sed quod in operando totum non aliter Deo tribui sustinet, nisi ut pars homini relinquatur. Dicebat de doctrinis Catholicis, extenuari per eas gratiam; sicut Pighius ad extenuandam gratiae laudem communisicitur. Ita & in Institut. at voluntatem monet, non qualiter multis facultibus traditum est, & creditum, ut nostra postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari. Item: Non dubitemus Apostolum omnia misericordia Dei dare, nostris autem voluntatibus, aut studiis nihil relinquere. Quam procul ab his abest phrasis scripturæ! Proposui vobis vitam, & mortem; elige ergo vitam. Facite vobis cor novum. Vocavi, & renuiisti. Quam diversa item illa Augustini locutio: Duo tibi modo proposita sunt, elige cum tempus est. In tuo arbitrio esse voluit, cui pares locum, Deo, an diabolo. Quod adjungis voluntatem tuam Domino, certificat te ipsum. Quam contraria illa S. Hieronimi, ubi habet, quod quando nos vocat Dominus, potentiam suam nostro arbitrio derelinquit; & quod Dei opus sit vocare, hominum vel credere vel non credere. Quid dicemus de S. Thomâ, qui semper docuit, in eo salvare liberum arbitrium, quod determinatio sui actus non est sibi ab alio, sed a se ipso, & quod electio semper per liberum arbitrium sit.

X. ATQUE ut redeamus ad libellum, non desunt, qui dubitent, an certa omnino sit omnis illa doctrina, quæ ibi traditur de spe; quia observando solum caput 17. ubi essentia ejus quasi in pugnum cogitur, affirmatur, effectum spei esse amorem Dei; gratiam esse amorem; spem obrinere amorem, ejusque esse principium, conducere illam per se ipsam ad hunc amorem, quoniam, qui respicit Deum tanquam omnini boni fontem, atque actu se effundentem sentire debeat se incitari ad amorem; caritatem, & bona opera provehere à spe; & caritatem illa subsequi, quæ dispersa sit pro mensurâ spei, quæ eam impetravit; & spem esse mensuram gratiarum, quas Deus impetravit.

XI. Si gratia amor est, & amor à spe proponitur, spes gratiam produceret, dum contra virtutes Theologicae producuntur

à gratia. S. Augustinus: Prævenit ergo & si. De don. dem gratia; & postea: Prævenit etiam caritatem. Si amor, de quo hic loquimur,

pers. n. 41.

procedat ex eo, quod respiciatur Deus tanquam beneficus, & scaturigo omnis boni, ille non est caritas perfecta, quæ tamen intelligitur, quando de virtute Theologica

sermo est: Unde non videtur dici posse nasci caritatem ex spe. Ex caritate spes dixit S. Ambrosius.

Sic non viderur dici omnino propriè, caritatem esse effectum spei, & impetrari per spei.

Atque ut tandem aliquando finem faciamus, nec proorsus obliuioni tradamus primum Anonymum, in-

nueri denique fas sit, quantum hallucinatur, qui defectu sufficientis rerum, de quibus agitur, notitiae sibi persuadet trium illorum librorum detestationem in solum recidere Authorem, non item in systema. Quis dubitat, inquietant, quin omnis homo honestus teneatur execrari continuatam dictiorum acribili locum seriem, & improbare stylum, qui ut imputet paralogismos circa gratiam, affirmit deduci ex doctrinâ Adversarii, quod homo cùm sit animal ru-

dat ut animus & recalcitret, ut mulus. Ut ut etiam bonam quis haberet causam, hoc cer-

tè modo ei inquietant, officiet. Quam molesta item, ac fastidii plena res, videre re-

coqui quadraginta facile ac 50 vicibus ean-

dem semper crambem! Quale præjudi-

cium ostendere se ita omnis bona litera-

turæ expertem! Imaginantur nihilominus

sibi, si à viro alio, aliisque calamo fuisset

agitata hæc controversia, opiniones istas fortassis tam miseram præ se faciem fuisse

laturas. Verum qui hunc in modum lo-

quuntur, non sunt nisi tenui eorum quæ

hic disputantur, imbuti ideâ. Non sum-

serunt hunc sibi labore, ut legerent om-

nia, ut summam rei penetrarent, nec ut

expenderent, in quo consistat, ac quod de-

rum recidat, ac vergat novum hoc sys-

tema. Declarata saepius in hoc libello fuere

capita illius præcipua, ex quibus colligi fa-

cili negotio potest, an, quomodo cuncte

etiam, comerentur, ac defenserentur, pos-

sint unquam cum Catholicis consonare doc-

trinis. Quocunque igitur modo ea denuo

promoverentur, & quacunque etiam vi

persuaderentur, contestatur Massejus, ac

publicè declarat, non stricturum se amplius calumniam hæc in materia; imò nè le-

get quidem vel verbum eorum, quæ con-

tra se hæc in re fortassis scribentur, permit-

tens ei soli rem omnem cogitandam, cuius

non modò est declarare, sed & decidere.

Quod si nova convitia, & calumniæ pro-

mulgarentur, excipientur à viris pruden-

tibus, ac honestis eodem proorsus modo,

quo veteres; neque has ipse quidquam pen-

si habebit, persuadens nimicum sibi, hæc

in materia nec opiniones suas indigere apo-

logiæ, nec mores.—